Diapente eſt cõſonantia quinq; ſonoꝫ tris tonos & unũ minus ſemitoniũ quattuor diatonicis iteruallis cõplectẽtiũ. dicta. n. eſt ꝑ qnq;. Atq; quattuor habet ſpecies ſeu diuerſas figuras quaꝫ poſitionẽ ſemitonieus trãſitus hincinde uagus noſcit declarare. Prima. n. diapẽtes figura fit ex prima diateſſaron & tono in acutũ: retinetq; ſemitoniũ naturale in ſecũdo iteruallo ꝓcedens his ſyllabis re mi fa ſol la: cuius exordiũ ſummit in D ſol re & terminat in E la mi re. Conſimilis autem interualloꝫ & notularum tranſitus primam ſemper diapentes ſpeciem collocabit. Sed & diuerſis cõtrahitur interuallis ut hic conſtat.



¶Secunda diapentes figura cõponitur ex ſecũda diateſſaron & tono in acutũ: in primo & grauiori interuallo ſemitonium cõtinẽs his.ſ.ſyllabis ducta: mi fa ſol la mi: Cuius initiũ diſponitur in Elami ḡauem atq; terminat' ad □ mi acutã. Similis quoq; uocum & interuallorũ diſpoſitio ſecundam ſemper diapentes ſpeciem noſcitur comprobare: quã & diuerſis interuallis concipi hæc declarat poſitio.



¶Tertia diapentes figura formatur ex tritono ac ſemitonio in acutum: in quarto.ſ.interuallo conſutum habens ſemitoniũ: & procedit his ſyllabis: fa ſol la mi fa. oritur autem in F faut grauem tendens ad C ſolfaut in acutum. cui omnis conſimilium uocum & interuallorum proceſſus ſemper conſimilem offert diapentes ſpeciem: quæ & per diuerſa poteſt interualla diatonice prorendi ut hic patet.



¶Quarta diapẽtes figura diſponit̃ p tertiã diateſſarõ & tonũ i acutũ ꝓcedẽs a G ſol re ut ad D laſolre: his ſyllabis: ut re mi fa ſol. obtinetq; ſemitoniũ i tertio interuallo. Vbicũq; autẽ ſimilis uocũ & ĩterualloꝝ fuerit ſucceſſio: q̃rta ſemper diapentes ſpecies eueniet: quam & diuerſis interuallis plerũq; diſponũt hoc modo.



¶Poterit itẽ in ſingula diapentes figura uniuſcuiuſq; ſpeciei formula cõprobari: quod in armonia inſtrumentali ipſa cordarum dimenſione & numeroꝝ annotatione duximus demonſtrandum. Hic uero primã diapentes figuram a cæteris circũſcriptã: in propoſitæ conſiderationis declarationem deſcribimus hoc ordine.



¶De consonantia diapason & eius speciebus. Cap. VII.

Diapason ē cōsonātia octo sonoꝝ secūdū diatōicū genus dispositoꝝ: qnq; tonis. & duobus minoribus semitoniis ducta: fit. n. ex diatessaron & diapētes cōmixtiōe: medio ac cōi existēte cōiūctiōis termino: quē qdē cōmunē dixero: quū finis diatessaron fuerit & diapētes pricipiū: aut ecōuerso. Dicta: n. ē diapason p oē: q̄si oibus discretis sonis melopeiā: seu modulatiōis effectionē sustinēs. Oēs discretos sonos septē tātū eē cōstat: octauū uero hæc suscipit: primo q dē sono ipsa iteratione p similē: q̄ re æquisonā uocāt sane inquā a Ptholomeo dictū Diapason cōsonātiā talē uocis efficere cōjunctionē ut una eadēq; uox uideat simul esse plata. Quot. n. sunt diapason species: tot Baccheus asserit cōsonātiarū formas qbus totius extat modulaminis plenitudo. Verū alia secūdū Arythmeticā medietatē cōsistit: quū. s. diatessaron ac diapētes extremæ tātū ac media cōmunis chorda simul pcutiunt: ita. s. ut grauior cū media diatessaron: media uero cū acuta diapētē obseruēt: qd' collateralibus inest tonis. Alia secūdū mediocritatem harmonicam copuletur: fit. n. hæc quū extremæ tantū ac mediæ chordæ simul pcussæ diapentē inter grauē & mediā: ac mediā iter & acutā: diatessaron obseruāt: quod ducibus seu autenticis obuenit tonis. Atq; ita tres ipsæ chordæ simul pulsæ harmonicam probant consistentiā: huius ratio est proportionata in chordotono cōuenientia extremorum & differentiarū ad inuicem: quod in harmonia instrumētali lucidius exponet'. Septem itaq; figuras seu species continet diapason consonātia: quarum Prima formatur ex prima specie diatessaron ducta ab A re ad D solre: & ex prima specie diapentes facta a D sol re ad A la mi re acutā: mediat' autē in D sol re Arythmetica dispositiōe: cōtinet. n. quinq; tonos & duo minora semitonia: hoꝝ primū in secūdo: secūdū in quinto trāsitu seu iteruallo diatonice ducto collocat'. Cōsimilis quoq; uocū & interuallorū trāsitus primam semper diapason figuram declarat: quæ diuersis potest interuallis extendi ut hic constat.

Ptholomeus

Baccheus



¶Secūda figura diapason formatur ex secūda specie diatessaron facta a □ mi grauī ad E la mi grauem: & ex secūda specie diapentes ducta ab E lami grauī ad □ mi acutā: mediatur. n. in E lami grauem secūdum. s. mediocritatem arythmeticā: rursus cōsimilis uocū interuallorūq; processus: ubiq; secundam deducet diapason formam primum semitonium in primo: secundum in quarto sustinentē interuallo: quam & diuersis interuallis protrahendam præsens indicant dispositio.



¶ Tertia figura diapaſon formatur ex tertia ſpeciè diateſſaron facta inter C fa ut & F faut graues & tertia ſpecie diapentes deducta ab F faut graui ad C ſol faut acutam: mediatur enim in F faut grauem arythmetica conſideratione primum ſemitonium in tertio ſecundum in ſeptimo continens interuallo. Atq; ſimilis uocū & interuallorum diſpoſitio tertiam probat diapaſon formam multimodis interuallis explanabilem: ut hic conſtat.



¶ Q uarta diapaſon figura componitur ex prima ſpecie diapentes ducta a D ſol re ad A la mi re acutam: & ex prima diateſſaron facta ab A lamire ad D ſol re: mediatur autem harmonice in A lamire primum tenens ſemitonium in tertio interuallo & ſecundum in ſexto. Conſimilis autem & ſonorum & interuallorum deductio quartam ſemper efficit diapaſon formam: quæ & diuerſis poteſt iteruallis ſuſtineri: ut hic patet.



¶ Q uinta diapaſon figura formatur ex ſecunda ſpecie diapentes ducta ab E la mi graui ad ♮ mi acutam & ex ſecunda diateſſaron habita inter ♮ mi & E lami acutas: mediatur quidem in ♮ mi acutam ſecundum harmonicam mediocritatē: continens primum ſemitonium in primo interuallo & ſecundum in quinto. Omniſq; eiuſmodi & ſonorum & interuallorum proceſſus quintam ſemper perficiet diapaſon ſpeciem: quæ & diuerſa poterit interualla continere. ut hic.



¶ Sexta diapaſon figura contexta eſt ex tertia ſpecie diapētes ducta ab F faut grau ad C ſolfaut acutam: & ex tertia ſpecie diateſſaron facta a C ſolfaut ad F faut acutam. Mediatur enim in C ſolfaut ſecundum medietatem harmonicam: continens primum ſemitonium in quarto interuallo: & ſecūdum in ſeptimo. huiuſmodi autem ſonorum & interuallorum cōſideratio ſextam ſemper & ubiq; diapaſon formulam comprobabit: quæ multimodis poteſt interuallis uariari: ut hic.



¶ Septima uero & ultima diapaſon figura concipitur ex q̄rta ſpecie diapentes facta a G ſolreut graui ad D ſolre acutā: & ex prima diateſſaron ducta a D laſolre acuta ad G ſolreut acutam: Et mediatur in D laſolre harmonica. ſ. conſiſtentia: primū ſemitonium in tertio: & ſecundum in ſexto poſſidens interuallo. Conſimilis quoq; & ſonorum & interuallorum deductio ſeptimam ſemper producet diapaſon figuram. cuius interualla differmiter uariantur. ut hic patet.



¶ Conſtat itaq; ſeptem has diapaſon figuras inuicem eſſe differentes: tum locali ſemitoniorum uarietate: tum diateſſaron ac diapentes formularū diuerſitate: Alteram quoq; diapaſon ſpeciem tono aut ſemitonio acutiorem ſecundum ſcilicet diatonice diſtributam ſonorum conſequentiam: alterā grauiorem. Rurſuſq; in unaquaq; diapaſon figura ſtantibus extremis ſonis poſſunt reliquæ eius formulæ cōperiri uariatis ſcilicet interuallorum dimenſionibus: quod ſane deducetur in harmonia inſtrumentali. Has autē diapaſon formulas antiqui cōſtitūtiones dixerūt quaſi plenum quodāmodo modulationis corpus eſt conſonantiarū coniunctioe conſiſtens unaquæq; ſpecies conduceret: Ptholomeus autē q̄ ipſas & modos appellarent propriis nominibus diſtinctos: ut totū perfectiſſimi quindecim chordarū ſyſtematis hiſcæ modulationibus adimpleret octauū modū ſuperduxit in acutum: a prima diapaſon non ſpecie: ſed integro primæ ipſius interuallo diſtantem: quā hypermixolydium quaſi ſupra mixolydium nuncupauit. Verum hos omnes eorūmq; affectiones in ipſo harmonico inſtrumento exacte explicabimus. Placet tamen eorū hic nomine recenſere. Prima enim diapaſon ſpeciem quam duximus ab Are graui ad Alamire acutam: in D ſol re ſcilicet mediatam: Hypodorium uocabant: quaſi ſubiectū Dorio ſeu placalē uel ſubiugalem Dorii propter eius tetrachordū in graue refluxum a media chorda quā clerici finalem uocant. Secūda Hypophrygius uocitata eſt q̄ſi ſub Phrygio: quæ deducta eſt a ♮ mi graui ad ♮ mi acutam mediata in propriā finalē ſcilicet Elami grauē. Tertiam ſpeciem diapaſon Hypolydium dixerunt quaſi ſublydio quoniā uariſtrorſum ſubuertit acutū lydii tetrachordum hanc deduximus a C faut graui ad C ſolfaut acutam in F faut grauem finalem ſuam Arithmetice mediatā. Quarta diapaſon ſpecies ducta a D ſolre graui ad D laſolre acutā: harmoniceq; in ſuam confinalem ſcilicet Alamire acutā mediata Dorius eſt uocata ab his quidem qui ciuſmodi melodiam primum inſtituere: uel (ut quidā uolunt) quos plurimum ipſa delectaret. Quintam diapaſon ſpeciem quam duximus ab Elami graui ad Elami acutā harmonice mediatam in ♮ mi acutam eius confinalem Phrygium appellabāt. cuius modulatio

Antiqui muſici Ptholomeus

Hypodorius

Hypophrigius

Hypolidius

Dorius

Phrygius

nẽ & inueniſſe & uſos ea plurimũ Phryges ferunt. Sextam diapaſon ſpeciẽ quã inter F faut grauem & F faut acutam diſpoſuimus harmonice mediatã in C ſolfa ut cõfinalem ſuam Lydium noiarunt: q; gens ipſa eius ſit plurimũ modulatiõe delectata. Hos autẽ tres: Dorium: Phrygium & Lydium celeberrimos ueterũ commendat auctoritas: tanquã ad incitatiores animi affectus aptiſſimos. hinc eos duces atq; autenticos uocant. Suos uero collaterales q; remiſſiores reddãt animi affectus: placales atq; comites dicũt: collaterales autẽ dicti quoniã conſimilibus ducuntur lateribus ſcilicet diateſſaron & diapẽtes ſpeciebus: uel ex cõuerſione unius lateris ſcilicet diateſſaron ſuperiores ſeorſum ducta. Horum uero omniũ naturales cõuenientias atq; ipſorũ auctores in harmonia inſtrumẽtali latius explicabo. Septima diapaſon ſpecies inter G ſolreut grauem & G ſolreut acutam ducta: in D laſolre harmonice mediata mixolydius quaſi mixtus lydius nuncupata eſt. Plerũq; n. alterna lydiæ & mixolydiæ modulationis commutatione redditur cõcentus ſuauior: quod potiſſime Ambroſiani noſtri in eccleſiaſticis obſeruant modis quũ quintũ ipſum & ſeptimũ cõmutatione ♮ duræ qualitatis in b molli tanq; diapentes uel diateſſaron ſpecie commixtos modulari ſolent. Hypermixolydium ut dictum eſt Ptholomeus eam diapaſſon figuram: quæ ſeptem ipſius inuicem differentibus ſupereſſet inſtituit, uocitandam: ductam quidem a Meſe ad Netenhyperboleon: ac Arythmetice mediatã in paranetendiezeugmenon. At octo ipſos modos quos & tonos uocant quaſi ex tonis eorumq; partibus ſcilicet ſemitoniis ductos: Alii tropos propter accidentalem unius in alterum conuerſionem toni uel ſemitonii intenſione ſeu remiſſione deductã: uel propter alternam diapentes diateſſaronq; ſpecierum commixtionem: quattuor maneriebus eccleſiaſtica diſtinxit auctoritas. Namq; primam maneriem dixerunt Protum: ſecundã Deuterum: terciam tritum: quartam Tetrardum ſingulis ipſis diapaſon diateſſaron conferẽtes. Ita ut Protus dorii atq; Hypodorii limittes obſeruaret & terminos: ut in complu ribus eccleſiaſticis mobulationibus peruidemus: utputa quadrageſimali ſaluatione uirginis. Salue regina. Deuterus Phrygii & Hypophrygii. Tritus lydii & Hypolidii. Tetrardus Mixolidii & collegam. quẽ reflexo ſub diapenten tetrachordo reliquorum ſimilitudine hypomixolydium poſſumus nominare. Poſteritas autẽ has ipſas maneries diuiſit: ita ut ab antiquitatis auctoritate ordinem non diuerteret. Namq; Protum qui doris eſt primũ poſuere: Hypodorium ſecundũ: Deuterum tertium dicunt: qui & Phrygius eſt: Hypophrygiũ quartum: Tritũ quintũ ſcilicet lydium: Sextum hypolydiũ: Tetrardum Mixolydium uidelicet ſeptimũ in ordine. Octauo non admittit̃ propriũ nomẽ: niſi forte aliorũ ut diximus imitatione hypomixolydiũ appellauero. Hos itaq; binos ac binos eccleſiaſtica ipſa dinumerauit poſteritas. Ita ut cum unitas ſit prima ipar: primi combinati ipares dicantur & autẽtici ſeu duces: ſecũdi a binario pari pares & collaterales ſeu comites: quoꝝ celeberrimũ ordinem ſic deducunt. Primus impar & autenticus. Secundus par eius placalis. Tertius ipar autenticus. Quartus par eius placalis. Quintus impar autenticus. Sextus par eius placalis. Septimus impar autenticus. Octauus & ultimus par eius ſubiugalis. Eſt enim huiuſmodi tonus apud Guidonem regula. per aſcenſum & deſcenſum omnes deſcriptas ac etiam pernotabiles modulatiões in fine diiudicans. Sed de his eorumq; accidentibus ſingillatim eſt dicendum.

Lydius

Ambroſiani

Quid ſit tonus ſecundum Guidoné

De Diuersis tonoꝝ accidentibus: & de formatione primi toni. Cap. VIII.

PRimi toni modulatio formaꝫ ex prima ſpecie diapẽtes inter D ſolre & A lamire: diſpoſita & prima diateſſaron ab A lamire ad D la ſol re acutã hæc. n. ē q̃rta i ordine diapaſon forma i q̃ doriũ locauimus. Finiꝫ qdē regulariter in D ſolre: ubi uidelicet ſua diapẽte ſumpſit exordiũ. Ac reliquoꝝ tonoꝝ modulatiões regulariter ꝓpriæ diapentes initia ſuis pariter terminationibus aſcripſerũt. ꝓpterea qdē q̃ uox humana in acutũ ducta amplius defatigaꝫ quã in graue: nãq; ex acuto in grauitatẽ remiſſa fit qeti ꝓpinqor: q̃ttuor ipſas finales tonoꝝ chordas in grauiũ uocũ ordine elligẽdas deduxerũt (eas iquã) qbus cõgrue ſubſiſteret cõiunctũ in graue uniuſcuiuſq; collateralis toni tetrachordũ. Eccleſiaſtici autẽ Romanã & Ambroſianã ſectãtes inſtitutionem: uocẽ unam ſub finali cuiuſcũq; autenticæ modulatiõis toni iteruallo deponũt q̃ſi inter octo priores diapaſon uoces & hanc nonã: ſeſquioctaua inuicẽ habitudine tonus reſultet: qd' & ſi naturaliter ac diatonice tribus ipſis ducibus primo. ſ. & tertio ac ſeptimo cõuenit: quinto tamẽ tono diſſonũ probat diatonicus ſonoꝝ trãſitus nãq; ſub ipſius finali chorda. ſ. F faut graui ſemitoniũ illico naturaliter decidit in graue: q̃re nonnulli aſſerunt notulã ipſam inter D ſol re & E lami graues eſſe relaxãdã: maiorẽ. ſ. ſub E lami ſemitonio: ut inde ipſa a finali tono diſtet in grauitatẽ. nos ãt diatonice ꝓcedẽtes: naturalẽ uocũ in introductorio diſpoſitionẽ minime ſubuertẽdã eẽ exiſtimamus: cũ potiſſime octo ipſæ diapaſon cõſonãtiæ uoces dupla diſtinctæ ſunt dimenſione quinq;. ſ. ſeſquoctauis atq; duobus minoribus ſemitoniis: iccirco nõ neceſſariã puto huiuſcæ uocis ſubſtitutionẽ tanquã modulationis diapaſonicæ congruentem: ſed potius ſuperfluam: eccleſiaſtica tamẽ auctoritate probandã. Primi igitur toni modulationis plerũq; principia propria cõſequuntur in C faut quidẽ tanq̃ ſuperfluæ: In D ſolre: In F faut: In G ſolreut: graues: & in A lamire acutã tanquã naturales & perfectæ. Cõmixtæ autem in E lami grauẽ: Sed mixtæ atq; itẽ ſuperfluæ in A re & ♮ mi graues. Cõmixtus tonus dicitur ſi autenticus eſt: quũ in eo ſpecies alterius quã ſui collateralis diſponuntur. Si autem fuerit placalis: dicetur cõmixtus quum alterius quam ſui ducis & imparis conſonantes continet formas: Mixtus tonus dicitur ſi autenticus eſt: quum uel totum grauius ſui placalis attigerit tetrachordũ: uel duas ſaltem eius chordas. Imperfectus tonus ſiue autenticus ſiue placalis eſt qui non implet propriã diapaſon figuram deficiẽs uel ex parte diapentes uel ex parte diateſſaron uel ex parte utriuſq; hũc proprie diminutũ dicunt. Pluſquãperfectum uerꝫ ſeu ſuperfluum putant tonũ: quum (ſi autenticus fuerit) ultra diapaſon: notulam unam aut duas diatonice ductas: tenuerit in acutum. Quum autem placalis fuerit tunc in graue. Sunt & qui irregulares dicũt ſingulorum tonorum modulationes quum in ſuam confinalem chordam terminauerint. Sunt enim quattuor confinales chordæ: ſecundum ſcilicet octo tonoꝝ combinationem. Eſt enim chorda confinalis in quacunq; manerie uox illa in qua diapentes formula terminatur in acutũ: hinc diſtat cõfinalis cuiuſcunq; toni a ſua finali integro diapentes iteruallo. Nãq; primus tonus & ſecundus regulariter terminatur in D ſolre. Irregulariter uero i A lamire. Tertius & q̃rtus regulariter in E lami grauẽ. Irregulariter i ♮ mi acutã. Quitus & ſextus regulariter in F faut grauẽ. Irregulariter i C ſolfaut acutam. Septimus & octauus regulariter i G ſolreut

Clerici romani Ambroſiani

grauem terminantur. Irregulariter in D lasolre acutam quamquã Antiphonis & gradualibus: cæteriſq; Gregorianis modulationibus raro conceſſerint confinalẽ: dicunt enim eos ſemper regulariter terminare. Ambroſiani autẽ ſæpius ſeptimum hunc tonũ in ſua confinali conterminãt: octauũ raro. Poteſt inſuper unuſquiſq; tonus in introductorio concipi ubicunq; eius latera ſeu ſpecies noſcunt̃ extendi: quẽ extra naturalẽ ac primariã eius diſpoſitionẽ ductum: poſſumus fictum uel acquiſitum appellare. Eſt etiam conſiderãda diſtinctio in tonorum huiuſmodi modulationibus quã Guido uoluit intelligi: quãtum in quolibet cantu continuatim quoad uſq; uox quieuerit pronũciatur. Hæc enim per neumas ſane declaratur. Neuma enim eſt uocum ſeu notularũ unica reſpiratione congrue pronunciandarum aggregatio. Neuma græce: latine nutus ſolet interprætari. Deſcribũt enim notatores in Antiphonis & nocturnis reſponſoriis atq; gradualibus ipſam certa linea in modum pauſæ cantilenas terminantis omnia linearum iterualla cõplectente: diuidentem diſtinctiones: qua quidem innunt uocis ipſius reſpirationem: neq; reſpirandum eſt ante ultimã cuiuſuis dictionis ſyllabam: niſi complures fuerint notulæ ſoli ſyllabæ ſuperpoſitæ: tunc enim neceſſitate urgente poterit cantor poſt non ultimam dictionis ſyllabam reſpirare. Debent inſuper diſtinctiones ipſæ ſecundum Guidonem fieri & terminari ubi ſæpe & condecentius tonus ille in quo fuerint poterit: regulariter ſortiri primordia. Eſt item mirabile (ut Guidonis ipſius non abundat ſententia). Quod in nocturnis reſponſoriis ſomnolentorum more grauiter & diſſolute ſummus ille põtifex ſanctiſſimus Gregorius ad uigilandum nos uidetur exhortari. Et in Antiphonis plane atq; ſuauiter ſonat. in introitibus uero quaſi uoce præconis ad diuinũ clamat & euocat officium. in Alleluya & Verſibus quos Ambroſiani melodiæ aſcribebant ſuauiter uidetur diuino iubilo gaudere. Sed in Tractibus & gradualibus plane & protenſe atq; humili uoce incedere pernoſcitur. In offertoriis autem & communionibus: quantam in huiuſce modulationis affectiõibus prevaluerit patefecit. Eſt enim in eis omnimoda huius inſtitutionis elleuatio: dipoſitio: extenſio: duplicatio: ſuauis delectatio cognoſcẽtibus: laboris refrigeriũ diſcẽtibus: mira & ab alios modulantium inſtitutis longe diſtans diſpoſitio: nec mõ hæc ipſa arte muſica introduxit: ſed & muſicæ diſciplinæ auctoritatẽ & auctmẽta noſcit̃ cõtuliſſe. Diuũ uero Ambroſium ſolam modulatiõis dulcedinẽ mirabiliter exqſiſſe Guidonis ipſius uerba teſtãtur. Alios quoq; quãplurimos prout a domino acceperũt diuerſa munera eius gazophiſatio contuliſſe. Eccleſiaſticam itaq; primi toni modulationem hoc declarat exemplar.

Gregoriani

Ambroſiani

Dictintio

Guido

Neuma



Al me pa ter am bro ſi no ſtras preces audi chriſte exaudi nos

¶ Quum autem poſt Antiphone denunciationem pſalmodiam Gregorianã primi toni uolueris educere (ſic enim fit) nãq; antiphona primi toni pſalmodiã requirit eiuſdẽ: ac in reliqs eodem modo pſalmi ipſius modulationẽ incipiens in tertiã

notulam ſupra finalem antiphonæ procedendo his ſyllabis fa ſol la Mediantur item diuerſimode pſalmodiæ ipſæ atq; terminantur multifariam. ſecundum ſcilicet annotationem ſuorum Seculorum Amen: uel ſuorum Euouae. Nihil enim repreſentat Euouae: niſi Seculorum Amē: ſunt enim omnes eius uocales cauſa breuitatis in unum collectæ Procedit igitur Gregoriana primi toni pſalmodi hoc modo.



Primus tonus ſic incipit ſic me di a tur & ſic fi ni tur.



Seculo rum a men Euouae Euouae

¶Cui.n.tono gradualium: & Alleluya atq; reſponſoriorum cantica tribuuntur eidem & eorum uerſus ſunt aſcribendi. Inde ſicut ſe habet principium Euouae ad finem antiphonæ. Ita principiū uerſuum ad præcedentem ſuorum canticorum terminationem. Quod quum canticum fuerit autentici toni: eius uerſiculus eidē deſeruiet: & econuerſo: quamq; ſæpe uerſiculus plagalis cantici ſpecies autenticæ modulationis attingit & econuerſo. Tunc.n. ambo unica manere conſiderantur. Principium autem Euouae primi toni diapentes interuallo diſtat in acutum a finali præcedentis antiphonæ chorda. Verum ex uerſibus nocturnalium reſponſoriorum primi toni ſolent Gregoriani notulas quaſdam neceſſarias eligere quibus Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto quamdecenteſſime modulantur quum opus fuerit hoc modo.



Glori a pa tri & fi li o & ſpi ri tu i ſan cto

¶De formatione ſecundi toni. Caput Nonum.

SEcundi toni modulatio formatur ex prima diapentes figura communi: quæ & primo competit & ex prima ſpecie diateſſaron facta ab A re ad D ſolre. Hæc enim eſt ipſa diapaſon figura: quam in ordine primam poſuimus inter A re & A la mi re acutam Hypodorio quidem aſcriptam. Speciem communem uoco illam quæ in quouis autẽtico & eius placali immobilis exiſtit: iiſdem. ſ. chordis conſiderata. Quare conſtat diateſſaron in autentico & eius collaterali non eſſe ſpeciem communem: ut Marchetus aſſerit quippe quæ in autentico acutiorem: in placali locum obtinet grauiorem: hic enim diateſſaron ſub diapente. illic ſupra diapentem noſcitur collocata. Quippe enim chordæ ſecundo tono principia contulerunt A re C fa ut D ſol re E la mi & F fa ut graues. Inſui autem exceſſu ſeu ſuperfluitate (licet raro) In ♮ ut eius principium poſuere. In D ſol re uero regulariter propriam obtinuit terminationem: cuius formulam hæc probat deſcriptio. Marchetus



¶In honorẽ apoſtolorum fabricauit baſiianus domino tem plũ nouum.

¶Plerique etiam conſentiunt placales tonos ſupra diapentem in acutum eccleſiaſtica licentia unicam attingere uocem. Cuius igitur antiphona finierit in D ſol re: eiuſq; ſeculorum in F fa ut grauem poſſideat primordii ſecundi toni lege iudicabitur. cuius pſalmodiam incipiũt per unicam uocem a finali tono depreſſam procedentes his notulis ut re fa: quod præſens monſtrat deſcriptio.



¶Secundus tonus ſic incipit ſic me di a tur & ſic fi ni tur Euouae.

¶Solent etiam uerſiculi nocturnalium reſponſoriorum huius ſecundi toni unica uoce toni interuallo ſua finali chorda cantici præcedentis depreſſa propria modulatione procedere: hiſce. ſ. notulis ut re mi fa. Excipi item ſolent ab eorum modulationibus notulæ quibus Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto cõgrue modulantur hoc modo.



Glo ri a pa tri & fi li o & ſpi ri tu i



ſan cto

De formula tertii toni. Caput Decimum.

TErtii toni modulatio formatur ex ſecunda ſpecie diapentes ducta ab Ela mi grauti ad ♮ mi acutam: & ex ſecũda ſpecie diateſſaron facta a ♮ mi acuta ad Elami acutam: hæc enim eſt quinta diapaſon figura quam Phrygium nuncupauimus. huic autem tono quattuor accidunt principia: Elami: F faut: G ſolreut graues: & C ſolfaut acuta. cuius finalis chorda eſt Elami grauis: Eius autem compoſitioni competit hæc formula.



¶ Baptizat Auguſtinum ſacerdos Ambroſius ambo ſtatim modulant te deũ



lau da mus

¶ Euouae autem tertii toni incipit in C ſol fa ut. ſ. in ſextã ſupra finalẽ antiphonæ ſecundũ Gregorianos ubi tetrachordũ in principio pſalmodiæ ſumptũ determinatur Ambroſiani autem ſuauius procedentes principium Euouae huius tertii toni in quintam ſupra finalem antiphonæ chordã in qua. ſ. ſua diapẽtes figura terminatur tanquam harmonica medietate ſuauiorem ſicuti in reliquis autẽticis

diſpoſuere. Incipitur uero Gregoriani huiuſmodi pſalmodia in tertia ſupra finem antiphonæ: procedens his notulis ut re fa: cuius mediato & terminationes hoc deſcribuntur harmento.



Tertius tonus ſic incipit ſic medi a tur & ſic fi ni tur



Euouae Euouae

¶ Similiter & reſponſorium uerſibus ineſt congrua progreſſio modulandi. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto: his notulis excerpta.



Glo ri a pa tri & fi li o & ſpi



ri tu i ſan cto.

¶ De formula quarti toni. Caput undecimum.

QVarti toni modulatio formatur ex ſecunda ſpecie diapentes quam & tertio aſcripſimus: & ex ſecunda figura diateſſaron ducta a ♮ mi graui ad E la mi grauem. Eſt. n. ſecunda in ordine diapaſon ſpecies ducta a ♮ mi graui ad ♮ mi acutam: quam hypophrygium uocant. Sex autem aſſumpſit quartus tonus principia uidelicet C ſa ut D ſol re E la mi F fa ut & G ſol re ut graues: atq; A la mi re acutam: terminaturq; regulariter in E la mi grauem: ut preſens proponit exemplar.



¶Plerũq; terminatur hic quartus tonus in A la mi re acutam procedens per ſpecies acquiſitas. Eſt.n. ſecunda diapentes figura ipſi competens ab ipſa A la mi re ad E la mi acutã deducta b mollis qualitate ſiue a Meſe ad Netẽdiezeugme nõ p terrachordũ ſinemenon ꝓcedẽdo. ſecũda uero diateſſarõ forma acqſito huiuſmodi quarto tono cõgruẽs deducit ab E la mi graui ad ipſam A la mi re: quæ ꝓpria tũc finalis eſt: ſeu ab Hypatemeſon ad Meſen. Omne aũt Euouae quarti toni incipit in quartã chordam ſupra finalem antiphonæ ꝓcedẽtis: cuius pſalmodia cadẽ ſummitur uoce: ꝓcedẽdo his notulis la ſol la: ut hac deſcriptione percipitur.



¶Quod ſi uerſiculus reſpõſorii terminati in Elami grauem inceperit in Alami re acutam uidelicet in quartam ſupra finalem præcedentis cantici: erit quarti toni: uel quum reſpõſorium terminauerit in A lamire acutam & uerſus principium fuerit in D la ſolre: b mollari qualitate deducta: erit itẽ quarti toni acquiſiti: Cuius naturalis modulatio Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto his ꝓcedit notulis.





¶De compoſitione quinti toni. Caput. XII.

QVinti toni modulatio formaſ ex tertia ſpecie diapẽtes ducta ab F faut graui ad C ſolfaut acutã & ex tertia ſpecie diateſſaron q̃ ſit a C ſolfaut ad F faut ãcutã. Hæc ẽ. n. ſexta in ordine Diapaſon forma q̃ Lydiũ uocãt. Cõpetũt. n. q̃ttuor qnto tono pricipia F faut & G ſolreut graues: A lamire & C ſolfaut acutæ: terminaturq; regulatiter in F faut grauem: ut hoc notaſ exẽplo.



¶Precibus & me ritis be a ti bla ſi martiris defende nos deus



ab omni ma lo gue tu ris

¶Euouae uero quinti toni incipitur in C ſol faut ſcilicet in quintam ſuperfinalem antiphonæ chordam: cuius pſalmodia in uniſono cum finali cæpta procedit his notulis ſa la ſa: ut hoc notatur tranſitu.



¶Quintus tonus ſic incipit ſic mediatur & ſic ſi ni tur Euouae.

¶Atq; item uerſiculi principium habentes in C ſol faut quorum reſpõſoria terminauerint in F faut graue quinto aſcribunt tono: horum modulatio. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto ſic procedit.



¶De formula ſexti toni. Cap. XIII.

SExti toni modulatio formatur ex tertia ſpecie diapentes quæ & quinto aſcripta eſt: & ex tertia ſpecie diateſſaron ducta a C faut graui ad F faut gradem. Hæc enim eſt tertia diapaſon figura diſpoſita inter C faut graue & C ſolfaut acutam: quam Hypolydium uocant. Quattuor enim propria ei aſcribuntur principia. ſ. C faut D ſolre & F faut graues & A lamire acuta atq; regulariter terminat in F faut graue: cuius progreſſio hac compoſitione percipitur.



¶Quum autem antiphona terminauerit in F faut grauem: Cuius Euouae principium teneat interdiam ſupra finalem. ſ. in A lamire acutam ſexto tono deſcribenda eſt. Cuius pſalmodia incipit in uniſono procedens his ſyllabis ſa ſol la: ut hic.



¶Similiter & uerſiculi reſponſoriorum ſexti toni ſcipiuntur in A lamire: quæ tertia eſt chorda ſupra finalem cantici præcedentis ex his ité excipiuntur notulæ aptiſſime ad modulandum Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto hoc modo.



¶De formula ſeptimi toni. Cap. XIIII.

Eptimi toni modulatio formatur ex q̄rta ſpecie diapentes ducta a G ſolreut graui ad D laſolre acutā: & ex prima diateſſarō figura facta a D laſolre ad G ſolreut acutā. Hæc.n. eſt ſeptima diapaſon figura q̄ diſpoſuimus iter G ſolreut grauē & G ſolreut acutā: mixolydius nūcupata. Hēt.n. ſeptimus tonus q̄nq; propria pricipia. ſ. G ſolreut grauē: A lamire: □ mi: C ſolfaut. & D laſolre acutas. unūquoq;. ſ. F faut grauē eccleſiaſtica diſpoſitione conceſſum: atq; terminatur regulariter in G ſolreut grauē: ut hac notatur diſpoſitione.



¶Euouae igitur incipiens in D laſolre: cuius antiphona terminauerit in G ſolreut grauem: ſeptimo ſolet aſcribi tono: cuius pſalmodiam ueteres in quintam ſupra finalem antiphonæ chordam incipiebant procedentes his notulis ſol fa ſol. Poſteritas autem in quartam ſupra finalem in principium frequentauit huiuſmodi pſalmodiæ: ut modulans his ſyllabis fa mi fa ſol: ut hic conſtat.



Septimus tonus sic incipit sic media tur



& sic fi ni tur Euoua e Euouae Euoua e

¶ Sunt insuper & aliæ huius septimæ psalmodiæ terminationes quas in ipso natio comperies pernotatas. Extat & altera septimi toni psalmodia quam Gregoriani obseruant super añt Nos qui uiuimus benedicimus dominum in confinali terminata cum acquisite deducta sit & sola uoce in acutum diminuta. ut præsenti formula percipitur.



añt Nos q ui ui mus be ne di ci mus do mi nū ps. In e xi tu



ysra el de egypto domus iacob de po pu lo barba ro.

¶ Hæc enim psalmodia in principio persimilem retinet quarto tono modulationem in medio sexto: quia antiphona commiscetur ei: propriam diatessaron speciem: scilicet tertiam, comprehendens. In fine tertio. Verum Ambrosiani & si añt ipsam iisdem notulis & clauibus prosequuntur. Alteram tamen huius psalmodiæ modulationem celebrant: namq; incipiunt in confinali ipsius añt chorda: scilicet in G solreut graui: ubi sua diapentes figura terminatur in acutum: sicuti & in cæteris obseruant autenticis: hoc modo.



añt. Nos q ui ui mus be ne di ci mus do mi num ps. In e xi tu



yſ ra el ex gyp to domus iacob de populo barba ro.

¶Hanc tamen primitus antiphonam a diuo Ambroſio propriis ſeptimi toni cla uibus ducam ubi & ſeptimam diapaſon figuram & ipſum mixolydium demon ſtrant uidelicet in G ſolreut grauem & in D laſolre propria confinali (quod plu rimum in autenticis inſtituit) terminatam fuiſſe: uetuſtiſſimus antiphonarum li ber mihi propalauit: ut hoc notatur proceſſu.



añt Nos q ui ui mus be ne di ci mus do mi num p̄s. In e xi tu



yſ ra el ex egyp to do mus iacob de popu lo barba ro.

¶Idem quoq; iudicium proponimus ſuper Antiphonam nomiñi tuo da gloriã domine: quam nos Ambroſiani ſuper ipſum pſalmum In exitu yſrael ex egypto in ueſperis dominicalibus alternatim modulamur.
¶Plerunq; inſuper antiphonas breuiores quarum notulæ a finali uoce ditono tantum aſcendunt Ambroſiani noſtri autentico aſcribunt tono quod hanc antiphona pſalmodia diſponitur.



añt Vbi cha rí tas & a mor ibi de us eſt p̄s. Ec ce q̄ bo nũ



& q̄ io cũ dũ ha bi ta re fra tres in u nũ.

¶Secus uero exiſtimant quum notulæ tantum a finali uoce trihemitoniam ſuſceperint intenſionem: tunc enim cantica ipſa placali conſideratione ſuſtentant. Sunt & nonnulla cantita: puta uerſiculi breuium Reſpõſorium & ipſa quoq; Reſponſoria: quorum notulæ æquo exceſſu a finali uoce intenſæ pariter & remiſſæ diſponuntur: puta unica ſub finali unica ſupra finalem: tũc enim ſi ſuppoſita notula latiore interuallo puta toniæo ab ipſa finali diſiuncta ſit: ſtrictioreq; diſtantia uidelicet ſemitoniæa acutior diſtet ab eadem finali: placali mea ſentẽtia aſcribentur modulationi: Autenticæ uero quum ſuperior notula finalem ipſam tono ſuperuadit acumine: ſitq; grauior ſemitonio remiſſa ingrauitatem. Verum quum & acutioris & grauioris æqua fuerit ab ipſa finali uoce diſtantia: puta grauior tono depreſſa ſub finali tono: item intenſa acutior ſupra finalem cãticum ipſum ſeu modulationem propriæ maneriei ſentio aſcribendum: quaſi utriuſq; toni placalis ſcilicet & autentici ſit participes: hunc proprie promiſcuum tonum poſſumus appellare. Ex uerſibus autem nocturnalium. Reſponſoriorum ſeptimi toni notulæ excipiuntur quibus Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto Gregoriani condecẽter modulantur hoc modo.



Glo ri a pa tri & fi li o &



ſpi ri tu i ſan cto.

¶De compoſitione octaui toni. Cap. XV.

Octaui toni. modulario formatur ex q̃rta ſpecie diapentes quæ & ſeptimo aſcripta eſt & ex prima diateſſaron ducta a D ſolre graui ad G ſolreut graue: hunc. n. quoniã grauius primi toni tetrachordũ occupat cius naturæ participẽ ferunt. Nullũ uerõ in modoꝝ diapaſonicoꝝ ordine nomẽ ſortitur niſi forte p cõſeq̃ntẽ ſubuerſionẽ ut ſeptimo capite diximus hypomixolydiũ uocauero. Habet iſup q̃nq; pricipia. ſ. D ſolre F faut G ſolreut graues A lamire & C ſol faut acutas atq; termiat regulariter i G ſolreut graue: ut hæc mõſtrat diſpoſitio.



O uir go uir ginum ma ri a ſtel la mari s ſuc



cur re no bis mi ſe ris.

¶ Conſtat enim ex deductis tonorum principiis canticis placalibus in quintam ſupra finalem ſuam: ubi ſcilicet ſua diapentes forma terminatur non eſſe ab eccleſiaſticis aſcripta principia Euouae autem octauæ pſalmodiæ incipit in C ſolfaut: intenſum quidem diateſſaron interuallo ſupra finalem antiphonæ uocem: cuius pſalmodia incipitur in ipſa finali procedens his notulis. ut re fa: uel ut re ut in ſolemnis: ut hic conſtat.



Octauus tonus ſic incipit ſic media-



tur & ſic finitur. Euouae.

¶ Ex præmiſſis itaq; facile percipitur nullam pſalmodiam in acutiore uoce q̄ quæ principio ſui ſeculorum amen noſcitur cōperere eſſe initiandam. Velociore tamē temporis menſura feriales & minores proferunt pſalmodias: tardiore ſolemniores. Cōſequitur itaq; pſalmodia ſuæ antiphonæ tonū: namq; Anti græce pro atq; contra interprætatur latine: In compoſitione item æqualitatē ſignificare dicunt: In Antiphonam quaſi æqualem cum pſalmodia modulationem. ſiue unius eiuſdemq; toni ſimphoniam in ipſo cantico & eius pſalmo diſpoſitam. Verum ex uerſiculis nocturnalium reſponſoriorum huius octaui toni: Gregoriani congruam Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto modulationem excipiunt hoc modo.



Glo ri a pa tri & fi li o



& ſpi ri tu i ſan cto.

Ambroſiani

Auguſtino

¶Solent quoq; cantores eccleſiaſtici in cãticis: ut ſunt Alleluya & Verſus: ac in eo genere plurima: circa unã eandemq; uocalem continuato & perhenni tranſitu modulari: Id Ambroſiani cõmuni nomine melodiam appellant: diui nã. ſ. trinitatẽ & angelicam harmoniam (ut ipſi aiunt) mẽte & animo inter ea percurrentes. Ii itẽ utplurimum pſalmodiam cuiuſcunq; toni in ea incipiunt chorda in quã principium eius Euouae fuerit pernotatum: ipſamq; eadẽ uoce proſequuntur nullius differentie intermiſſione ad ipſum uſq; Euouae cuius pernotationem finis ipſius pſalmodiæ conſequitur. Eſt enim finis teſte Auguſtino ad quem cuncta referuntur: cuius cauſa fiunt reliqua. Quandoq; item in nõnullis pſalmodiis (potiſſimũ primi toni) principia & mediationes gregoriani ritus ipſi Ambroſiani ſolemniter modulantur. Verum pſalmodiarum huiuſmodi terminatiões quas Ambroſianæ modulationes frequentius comitantur his deſcriptionibus in lucem prodeunt.



Euouae primi toni. Euouae ſecundi toni.



Euouae tertii toni. Euouae quarti toni.



Euouae quinti toni. Euouae ſexti toni.



¶Sunt inſuper nonnullæ modulationes paucioribus notulis deſcriptæ: huius cauſa;ſolemni diminutione imperfectæ redduntur:has ſi ſuum Euouae non conſequitur difficile an autentico an placali tono aſcribendæ ſint poterit quis iudicare. Quo circa certis iudicialibus chordis nonnulli diſcretionem huiuſmodi conceſſere. Primæ namq; maneriei qua primus ac ſecundus tonus cõcludunt: Ffaut grauem aſcribunt. Secundæ quæ tertium & quartum regit tonum Gſolreut grauem. Tertiæ cui quintus & ſextus tonus inſunt A lamire acutam. Quartæ uero quæ ſeptimum tonum continet & octauum □ mi acutam. Ita ſcilicet ut unaquæq; iudicialis corda a finali ꝓpriæ ueneriei diſtet in acutum per tertiam incluſiue uocem diatonica diſpoſitione. Atq; iccirco iudiciales chordæ primæ & ſecundæ maneriei a finalibus ſuis ſemitonii interuallo recedũt in acutũ. Tertiæ uero & quartæ maneriei iudiciales chordæ ditoni diſtantia a propriis finalibus in acutum ſeiunctæ ſunt. Id enim expetit naturalis & diatonica chordularũ diſpoſitio. Quare quũ in cuiuſuis maneriei modulatione plures fuerint numero notulæ ſupra ipam iudicialem chordam ſcilicet in acutũ diſpoſitæ:q̃ quæ in graue ſubductæ ſunt: autenticæ aſcribitur ipſa modulatio conſiderationi. Secus autem ſi inferiores maiorem impleuerint numerum:tunc enim placalem exiſtimant huiuſmodi modulationem:uerum notulas iudicialibus ipſis chordis inſcriptas:neutris connumerandas inſtituerunt. Plerunq; tamen:& ſi in prolixioribus modulatibus qui ſcilicet compluribus notulis deſcripti ſunt ueritas ipſa huiuſmodi iudicio ſæpius perluceſcit:in his quos notularum paucitas exprimit:ut in Antiphona. Vbi charitas & amor propoſitum eſt:huiuſmodi iudicium commentitium eſt. Complurimorum uero conſenſu:repetita pluries a finali in acutum ſua diapentes figura unico potiſſimum interuallo autenticam declarabit modulationem. uerum quartæ tantũ chordæ ab eius finali in acutum huiuſmodi iteratione canticum placalem putãt: Modulationes autem Gloria patri & filio ſemper pſalmodias introituum Gregorianorum & ſuper pſalmodias Ambroſianorum:unicuiq; ex ſeipſo breuitatis cauſa relinquimus perquirendas.

¶ Franchini Gafori Laudenſis Liber primus muſicæ actionis explicit fœliciter.

FINIS.

¶Mensurā tpis in uoce Poetæ & Musici breuē & longā posuere. Caput primū.



Vsicam uocis actionem quam superiori uolumine secundum æquā temporis mensuram in singulis notulis constat esse dispositam: diuersis pro temporis quantitate figuris. Poetæ atq; Musici sano prosequentes iudicio omne uocis tempus: breue lōgumue posuere: omnis inde syllabas uel breues uel longas considerantes. Quare unius temporis mensuram breui syllabæ ascripserunt: lōgæ uero duorum temporū quantitatē. Dualitas enim prima est unitatē subsequēter bis numerās: quo fit ut ante breuis syllaba quam longa reperta sit: ut Diomedes grāmaticus inquit: nāq; prius unum quā duo. Breuem perfecto putant syllabā esse uel natura uel propter sequentē uocalē longamq; exacte cognoscūt uel natura uel positiōe uel ipsa etiā auctoritate. Ponūt & syllabas quasdā esse cōmunes: puta quū suapte natura breuis est cōsequaturq; liquida mutā: tunc syllaba ipsa īdifferenter ponit' modo. s. breuis modo longa ut tenebre & patris qd & multis tum apud græcos tum apud latinos poetas exēplis collit'. Atq; ita omne carminis genus diuersorū pedū admixtiōe lyræ cytharæue sonitu cōstruxerūt: quod primo quidē theoricæ dictū in harmonia instrumentali: quūm primos modorum auctores deduxero latius explicabitur. Verum omnium carminum genera diuersis pedibus noscuntur esse dispositā. Pedes uero diuersis temporibus. Namq; dactilus (ut nonnullorum quantitates cōmemorem) tris syllabas concinet primam quidem longam: at reliquas breues ut armiger & principis. Inde & quattuor temporibus sustinetur. Spondeus item q̄tuor habet tempora duabus syllabis longis dispositā ut fœlix & astas. Iambus celer pes dictus tria habet tempora duabus syllabis ducta: prima iquam breui & ultima longa ut pius. Trocheum constat Iambo esse contrarium q; tribus item temporibus duas cōcludat syllabas primam & ultimam breuem ut musa. Anapestus a græcis antidactylus dictus q; tris ducat syllabas: duas quidem breues & ultimā longam ut pietas & Erato contrarius est dactylo. Pyrrichius duabus syllabis breuibus constat ut miser & pater. Tribracho tres syllabæ breues ascribuntur ut dominus. Amphibracho autem tres syllabas tribuunt: primam breuem: secundam longam: & tertiam breuem ut carina. Creticus uel Amphimacrus tris syllabas cōprehendit primam longam: secundam breuem: & tertiam longam ut insulæ. Bacchius ex tribus syllabis constat prima breui & duabus reliquis longis ut Achates & Vlixes. Proceleumaticus (lyrico utplurimum congruens carmini) quattuor habet syllabas breues ut auicula. Dispondeum octo temporibus construxerunt quattuor: scilicet syllabis longis ut oratores. Coriambus quattuor syllabis constat: prima longa duabusq; sequentibus breuibus & quarta longa ut Armipotens. Biiambum quattuor syllabis ducunt: prima uidelicet breui: secunda longa: tertia breui: & quarta longa ut propinquitas. Epitritos quos & hippios. Diomedes uocant q̄ttuor ponunt. Ac primū quidē quattuor syllabis: prima breui ac reliquis tribus longis septem tempora comprehendentibus constat esse dispositum ut sacerdotes. Secūdus epitritus quattuor item habet syllabas: secundā bre-

uem:reliquas tres longas:ut conditores. Tertio epitrito quattuor ſyllabæ diſponuntur:tertia breuis ac tres reliquæ lōgæ:ut Demoſthenes. Q uartū epitritum q̄tuor ſyllabis formant quarta ſcilicet breui ac reliquis tribus lōgis ut Feſceninus. Horū autem ac reliquorū quoſdam ſimplices ut Spondeus & Iambus quoſdā cōpoſitos ſentiūt ut Diſpondeus & Biiambus. Atq; omnium quidem motum & naturam Diomedes ipſe:& Ariſtides primo ſuæ muſicæ ſatiuſq; Auguſtinus in ſecūdo contractaſſe noſcuntur. Verum figuras quaſdā ueluti propria & congrua nomina:quibus concepta inde mēſuratorum temporum diuerſitate omnem conficerent cantilenam(nec ſecus quam omne pluribus pedibus carmen)muſici ipſi uocum quantitatibus aſcripſerūt. Rectam autem breuis temporis mēſuram Phyſici æquis pulſuum motibus accomodandam eſſe cōſentiunt. Arſim & Theſim quas Diaſtolen & Siſtolen uocant in unicuiuſq; pulſus menſura æqualiter comprobātes. Conſtat tamen febricitantium pulſus inæquali Diaſtoles & Siſtoles proportione acceſſionem ſeu alterationem ſuſcipere quod ipſis phyſicis curæ eſt. Diaſtole græce dilatatio ſeu eleuatio interpretatur latine. Siſtole uero contractio. Poetæ autem Arſim & theſim.i.ſublationem & poſitionem habent in pedibus quoq; eſſe paſſiones ſunt:utuntur q; iis in pronunciatione ut gratiore ſono carmē aures feriat animoſq; demulceat. Q uas & ſi in pedibus utcunq; uerſum faciant reperire eſt:tamen apta & concinna dictionum cōiunctio Illas apprime palam facit:& decoram enunciationem iuuat. Fit autem uerborum annexio ſecūdum uaria carminum genera alio & alio modo prolationi congruens:ita ut textura ipſa uerſuum numeros qui incitati quidam ſunt curſus:& dictionū certo ordine iuncturæ Rythmumq; ſuauem & ſponte ſua fluentem aperiat. Rythmus ut Q uintiliano placet temporum ſpacio conſtat:tempus q; ſit motus ſtatuſq; dimēſio motulā ipſam pronunciandi accipio. Verum Beda in eo tractatu quem de figuris & metris compoſuit Rythmum interpretatus eſt modulatam compoſitionem non metrica ratione:ſed numero ſyllabarum ad aurium iudicium examinatam:ut ſicut carmina uulgarium poetarum. uidetur autē Rythmus metris eſſe conſimilis. Et quidem per ſe. ſine metro eſſe nō poteſt. Eſt.n. metrum ratio cum modulatiōe Rythmus modulatio ſine rōne. Plerūq; tamen caſu quodā iuenies etiā rationē in Rythmo nō artifici moderatione ſeruata:ſed ſono & ipſa modulatione ducente:quē uulgares poetæ neceſſe ruſtice:docti faciunt docte. Græci uero Rythmū ex arſi & theſi atq; tēpore q; uacuū nōnulli uocabant cōſtare aſſerūt hūc Ariſtoxenus dixit eſſe tempus. diuiſum in unoquoq; eorum quæ numeroſæ cōponi poſſſunt. Secundū uero Nichomachū Rythmus eſt ordinata tēporum compoſitio. Deſtructura autē huiuſmodiq; cōtextu nō noſtrum eſt regulas & canones ad oīa præfinire. Ipſis nāq; poetis relinquimus ſua ꝓpria:quos tamen ut in poemate hāc aſſequantur alegātiā auritos maxime optarim. Liceat tamē exemplū nobis ſubiicere:ne plura hic deſiderent & ex exēplis per exēpla meditantes coniectura faciliore tranſitum habeant ad reliqua. Admittit exametrū heroicū decori plurimū quotiens pes ſecundus partem orationis finit:minus uero offendit ſi in tertio terminet loco p mono ſyllabam dictionem. Honeſtius & grate in primo quarto quintoue loco per orationis partē claudit prohibetq; carmen illepidū fieri & interciſa oratiōe ſuccuſſare ut illud Dono ducite:doq; uolentibus hoc magnis diis.habet & hic ſpōdeū in

diomedes
Ariſtides
Auguſti.
Phyſici.
Arſis
Theſis
Dyaſtole
Siſtole
Poetæ
Rythmus
Quinti.
Beda
Tēpus in rythmo
Græci
Ariſtoxenus
Nichomachus

quinto: qui magis aures ledit. Confert nõnulli ad hanc etiam rationẽ pedum uarietas ut alternis dactylis ſpondei temperent. Prodeſt etiam aduertere q; carmen heroum in triſyllabã deſinens fortius inſurgere uideatur in monoſyllabã: niſi encletica ſit uox illa refrangit. Male in pluriſyllabã deſinit: gratius in biſyllabã frequẽtior uocaliũ cõcurſior maximeq; eiuſdẽ uocalis eiuſdẽq; litteræ & ſyllabæ aſſiduitas uitãda ẽ & fugiẽda. Diſſonãtia & ſibillatio offendũt ſiquidẽ aures & enunciationẽ harmonicam impediunt uel ſuauiorem reddunt. Hoc idem in omni carminum differentia conſiderandam eſt: Nam quãtum interſit in duobus his pẽtametris cuius eſt diſcernere Icareoſq; canes herculeaſq; feras & ſunt famuli tres mulæ duæ equi totidem. Et ſaphicos hos: ad fori curris geminũ ſedile. Non tua hæc ſpectacula cede Muſis: Et hos Aſclepiadeos Odi diuicias uulgus & arceo. Nec mouit corybantes Semeles puer. Ex Annotatis igitur Arſim & Theſim ſi concinnata ſit dictionum connexio liquet uim ſuam commodius oſtendere poſſe ut ſine anfractu aliquo carmen fere ſeipſum enunciet ſuſtineat & effundat.

¶ De Variis antiquorum figuris & earum menſura. Cap. II.

SOnorum menſurã diuerſis figuris ꝓnunciatiõe & diuiſione muſici promulgarunt: Eſt.n. duplex: una quæ in ipſius ſoni cõtinuata quãtitate cõſiſtit quã tempori aſcribunt. hãc unicuiq; figuræ ab ipſis auctoribus conſtat eſſe inſtitutã: tũ ratione: tũ inſtituẽtis arbitrio: qd & ipſis Pythagoricis rationi ipſius docẽtis auctoritatẽ æquæ ducentibus: mos fuit. Altera q̃ in ſonorũ iteruallis diſtantiſue ſecundũ proportionabilẽ dimẽſionẽ ſola ratione diſponitur ut in muſicis inſtrumentis. Eſt igitur menſura tẽporis diſpoſitio quãtitatis uniuſcuiuſq; figuræ (duobus qdem modis cõſideranda) primo quũ menſuramus eſſentialẽ ſingulæ notulæ mẽſurã iuxta primariã muſicorum diſpoſitionẽ (Figuras.n. & notulas indifferenter ponimus) ſecũdo quũ figuras quãtitates accidentaliter connumeramus: quod & duplici conſideratione procedit: tum quidem ſecũdum huius figurabilis deſcriptionis accidẽtia: puta alterationẽ: imperfectionem: diminutionẽ: diuiſionẽ: & huiuſmodi: tum ipſis accidẽtibus diuerſarum proportionũ quoquomodo cõmenſurabilium. quæ quarto huius operis uolumine plene deſcribunt. Quare hanc figurabilem ſeu mẽſurabilem diſciplinam eſſentia & accidentibus conſtat eſſe deductam: nãq; figuræ & paulæ eſſentiã ipſam propriis quãtitatibus uſurpant: modo.ſ. tẽpore atq; prolatiõe. Quæ uero ꝑter tria hæc ipſis figuris obueniunt accidentibus aſcribunt. Ipa enim accidentia atq; neceſſaria neq; per ſe eſſe poſſunt ut primo poſteriorum Ariſtotiles inquit. Omnis enim menſurabilis deſcriptio uel notulis: uel pauſis quæ ommiſſas & menſurabiles uoces mõſtrant: uel ſigno uel canone pernotat. Verum uarias in rythmo figuris diſpoſuere Græci hoc ordine. Breuem ſcilicet unius temporis hoc modo ſignabant a Lõgam uero minorẽ quã bitempoream dicebant ſic b Longam trium temporum ſic c Longã quattuor temporum ſic d Longam quinq; temporũ ſic e Arſim autem intelligebant appoſito unicuiq; figuræ puncto hoc modo f g h Theſim uero unaquæq; ſine puncto notula declarabat. Conſona uero intenſiões puta diateſſaronicas: diapẽticas: diapaſonicas. diatonitas: ſemidiatonicas & reliquas harmonicis cantilenis accomodatas certis deſcriptionibus exprimebãt: quas ritibus nris abſurdas atq; alienas breuitatis gratia duximus ommittẽdas. Muſici aũt no-

a
b
c
d
e
f
g
h

Muſici

ſtri notulam breuem unius.ſ.temporis quadratam plenam figurabant hoc modo i Longā uero duorū.ſ. temporū:quadratā cū uirgula in latere dextro deſcenden te uel aſcendēte tātæ.ſ.lōgitudinis: quātæ fuerint q̄ttuor ipſius q̄drati latera hoc modo k Nonnulli tamen nimia ipſius longitudinis difformitate:uirgulā ipſam a quadrata notula deriuantē trium tantū quadrati ipſius laterū longitudini æqua bant ut hic l Alii duabus tantū ipſius quadrati coſtis uirgulam ipſam æqua longitudine diſponebant hoc modo m Longam uero trium temporum quadrangu lam pariformiter deſcribebant:tertiā qua orati corporis parte euacuata ut hic n Vel ſic o Quattuor autem temporū longam ſignabant plenam quadrangulam duplicato in extenſione quadrato hoc modo p Hanc duplicem longā uocabant. Triplicem poſtremo longā:tripla quadrati extenſione ſex.ſ.temporū conſidera tione ponebant hoc modo q Fuere etiam nonnulli unica figura complures lon gas cōplectentes ſingulis uirgulis declaratas hoc modo r Poſteri tamē huiuſmo di pernotationis ordinē ſubuertentes:notulas ipſas uacuas cōſcripſere:unico in de corpore plures breues quadratas conducentes hoc mō ſ Vniformiter quoq; longas breuibus:breues longis:unica figura conſcribebant hoc modo t Verum cū figurarū huiuſmodi deſcriptiones ab uſu receſſerint:libuit de his parūper ſer monem habere:quo cuiq; recentiores. Neotericoꝝ habitus facilius inoteſcant.

¶De conſideratione quinq; eſſentialium figurarum. Cap. III.

Figura eſt repræſentatio rectæ atq; ommiſſæ uocis:rectam enim uocē di cimus quæ certa eſt menſura cantabilis ſeu pronunciabilis. Ommiſſam uero quæ ipſa taciturnitate certa tēporis menſura conſideratᵉ. Rectæ q dem uocis figuræ ſunt ipſæ notulæ.Ommiſſa uero uox pauſis declaratᵉ.Veꝝ no tularū:alia breuis:alia longa naturaliter nāq; correptio & ꝓductio ſonis ipſis ue luti & ſyllabis ineſſe noſcuntur:quare Muſici breuē primo notulā quadrato cor pore tradiderunt hoc modo u Quam cum ipſi unius ineſſet temporis menſura tempus uocant. Longam quoq; quadratā cū uirgula in latere dextro ſurſum uel deorſum ab ipſo quadrato deriuante ſignarunt quā quattuor ipſis quadrati late ribus æqualem quantitate ducebant. Inde & dupla breuis uocabatᵉ ut hic x Can tilenarū uero ſcriptores cōmenſurabilem huiuſmodi uirgulæ quantitatē plærūq; irrationabiliter diſponunt.Cū in aūt metrorū diſpoſitione poetæ ipſi longis ſyl labis modū quaſi maiorē in uocis quantitate terminū imponerent: quē nullate nus altera excederet tpis menſura:longā ipſam notulā muſici modū appellarūt. Breuē inde quadratā duas in partes æquas diametraliter partientes muſici ſemi breuē erectis ſurſum atq; deorſum angulis cōduxerūt:q̄ ꝓlationē uocāt:dimidiā ei breuis quātitatē aſcribētes hoc mō y Neoterici poſtremo rectæ ſemibreui tpis unius mēſurā aſcripſerūt:diaſtolen & ſiſtolen uniuſcuiuſq; ſemibreuis ſono con cludētes.Cūq; Diaſtolæ & Siſtolæ ſeu Arſis & Theſis quæ cōtrariæ ſunt ac mini mæ qdē in pulſu:ſolius tpis menſura conſiderentᵉ: ſemibreuē ipſam integra tpis menſura diſpoſitā:duas in partes æquas deſtinxere:q̄ſi altera Diaſtoles in mēſu ra pulſus tanquā in ſono:altera Siſtoles quantitatē contineat. Huic enim mini mam uocis plenitudinem aſcripſerunt ipſam inde minimam nuncupantes:cuius figuram deſcribunt ſemibreuē:appoſita alteri angularium ſumitatū uirgula:ple runq; acutior:hoc modo z Breuis autē notula ꝙ primū ſolo tempore : & longa



duobus tẽporibus conſtet: in ipſo ſoni menſurabilis tẽpore propriiſſima dicũtur elementa. quarũ magnitudines cõcinnis toni diſtãtiis ſunt æquales. Tonus enim ut Ariſtides & Anſelmus poſuere in quattuor cõcinnas dieſes enarmonias diuidi tur. Atq; ita lõga notula in quattuor ſemibreues. Et breuis in quattuor minimas reſoluunt. Minimæ igit quãtitas quartã partẽ breuis occupat quaſi ex uno quat tuor angulo; ipſius breuis quadratæ profluẽs: uel ut quibuſdã placet ex uno ipſi us breuis quadratæ latere. Cum igitur unũquodq; minimo ſui generis perficiat: ut ipſa unitate: qua cũ (minima ſit) ois numerus ſuſcipit incrementũ: fitq; item in ipſam omniũ numero; reſolutio. Atq; ipſo item puncto ois linea cõcreſcit: decre ſcitq; ois lineæ quãtitas in ipſius uſq; puncti terminationẽ: conſtat minimã ipſam notulã omnẽ muſici tpis menſura perficere: quã quoniã in ipſa prolatiõe conſiſtit ut poetæ pars potiſſima ſemibreuis: prolationis partẽ dixerunt. Inde minimũ tem pus muſicũ (ut Franchonis utar ſentẽtia) nõ dicitur quodcũq; minimũ: ſed quod eſt minimũ in plenitudine uocis: quod & Ariſtides primo ſuæ muſicæ his uerbis uidetur aſſerere Tẽpus eſt indiuiduũ & minimũ qd & ſignũ uocat: minimũ autẽ uocatur quantũ ad nos quod primũ eſt ſenſu cõpræhẽſibile: uerũ ſignũ appellat eo q; eſt indiuiduũ: nam & ipſi Geometræ q; apud eos indiuiduũ eſt ſignũ nuncu parunt hoc autẽ indiuiduũ locũ obtinet unitatis. Deniq; duplice longã ſupduxe re muſici in tenoribus motettorũ q̃ttuor breuia tempora continentẽ Spondeo q dẽ quod duabus longis conſtet non abſimilem: quã q; reliquas temporum quan titate & corpore figuras excellat: maximã appellant hoc modo deſcriptam a Hãc quoniam ei ineſt maior quã cæteris temporalis ſonorum modulatio maiorẽ mo dum uocant. Ipſa autem additiõe: proſlambanomenos chordæ comparatur quæ cæteris perfecti ſyſtematis chordis ſonum efficit grauiorẽ ipſa temporis tarditate ob ampliorẽ chordæ longitudinẽ. Ac reliquæ pariter figuræ cæteris poſſunt chor dis facile comparari. Verum quũ quattuor ipſa breuium tempora uariis condu cat modis: diuerſis quattuor temporum pedibus maximam ipſam correſpondere arbitrantur: nam quũ in ipſa unam lõgam & duas breues conſideraueris: Dacty lo eam per ſimilem efficies: ſi uero duas breues & unam longam Anapeſto. ſi q̃t tuor breues proceleumatico conſentiet. Eſt igitur huiuſmodi figurarum proceſ ſus hoc ordine. Minima. Semibreuis. Breuis. Longa. & Maxima. Alii autem a ma xima in minimã ordinem retrogradum ponunt. Has enim ſi ad theoricum conſo nantiarum ordinem conferamus. Minima toni locum obtinebit. Semibreuis dia teſſaron. Breuis diapentes. Longa diapaſſon. Maxima biſdiapaſſon.

Ariſtides Anſelmus

Franchо Maxima ſpondeo ſimilis

a Dactilo ſi milis Anapeſto Proceleu matico

Minima tonus

Semibre uis Diateſſa ron

Breuis diapente

Lõga dia paſon

Maxima biſdiapa ſon



a

b

c

d

Proſdoci mus

De Diminutioribus figuris. Cap. IIII.

Minimam figurã certis anfractibus diminutam ad elegantiorem ornatãq; melodiã tanquã tonum in partes poſteritas ĩde diſpoſuit. Nãq; minimã ipſam duas in partes æquas ſecundũ tẽporis menſurã diſtinxerunt: quas Proſdocimo teſte ſemiminimas maiores uocãt. Tinctoris uero minimas in dupla pportione cõſiderat: deſcriptas quidem ut minimas retorta dextrorſum uirgulæ ſummitate hoc modo a Vel ut minimas: ſed pleno corpore hoc modo b Rurſus uacuã huiuſmodi uirgulæ ſummitatem retortam duas in partes æquas: diſtingũt quas ſemiminimas minores nominant: pleno tamẽ corpore ſcriptas hoc modo c Vel uacuo retorta dextrorſũ binarii numeri charactere uirgula ut hic d Tinctoris

autem minimas in quadrupla proportiõe ductas uocãt. Plerique autem (quod nobis magis placet) primos huiuſmodi anfractus propinquas .ſ. minimæ partes: ſeminimas quaſi ſeiunctas & ſeparatas minimas ſunt interpretati. Rurſus primarias huiuſmodi ſeminimarum partes: a diminutiore temporis & quantitatis menſura ſeminimas appellarunt. Atq; ita ſeminima minimam cõſequetur ſicut ſemitoniũ maius tonũ. Semiminima uero minimam ipſam reſpiciet ueluti ipſum tonum ſemitonium minus. Tertiam uero diminutiſſimam minimæ particulam quam. Tinctoris miniman in octupla proportione uoluit nuncupari. Alii ſemiminimã minimã. Nonnulli autẽ coma. Nos diefim quæ minima eſt in toni diuiſione concinna particula duximus uocitandam. hanc plerique deſcribũt ſeminimã plenam retorta .ſ. dextrorſum uirgulæ ſummitate angulo inſuper deorſum retorto ut hic e Verũ mira admodum deformitate aliarum huiuſmodi diminutionum deſcriptionibus aſſentiat: plenam ſignamus retorta ſiniſtrorſus uirgulæ ſummitate hoc modo f Eſt enim latus dextrum auctius atq; perfectius ſiniſtro in huiuſmodi notularum conſideratione. Sunt & qui uarias ipſis notulis deſcriptiones tradidere. Frãcho enim & Philippus de caſerta: necnon & Ioãnes de muris: atq; Anſelmus parmenſis in tertia ſuæ muſicæ dicta. Longam plicam aſcendẽtem atq; breuẽ utrinq; caudatas ducunt: Rurſus breuium alteram maiorem: alteram minorem: alteram mediam Anſelmus poſuit: breuem maiorem figurabat quadratam deſcendente uirgula in latere ſiniſtro hoc modo g Breuem minorem quadratam aſcendente uirgula in ſiniſtro hoc modo h Breuem uero mediam quadratã ſine uirgula hoc modo i Item ſemibreuẽ maiorem deſcripſit quadratã cum duabus uirgulis aſcendente: ſcilicet altera, altera deſcendente in latere dextro hoc modo k Minorem ſemibreuem quadratam cum duabus uirgulis in latere ſiniſtro ut hic l Mediam autem ſemibreuem quadratam uirgula per rectum quadratæ medium rurſum deorſumq; traducta ſignauit hoc modo m Conſimili quoq; conſideratiõe uariatas duxit & reliquas. Quarum deſcriptiones q; ab uſu receſſerint: reiiciẽdas potius quã approbandas eſſe Neoterici arbitrati ſunt.

Francho. Philippus Anſelmus

¶ De Ligaturis figurarum. Cap. V.

Ligatura eſt ſimplicium figuratum per tractus debitos ordinata coniunctio. Ligabiles notulæ ſunt quattuor. Semibreuis: Breuis: Longa: & Maxima. Sicut enim notula ſimplex ligabilis poteſt ligari: ita .&. ligata ſeu coniuncta ſolui poteſt atq; diſiungi: & in ſimplicis figurationem: præter ſemibreuem cuius primariã ac ſimplex figura compoſitæ noſcitur aliena: & eas itẽ præterq; unico uidelicet obliquo corpore cõſcribũt: quas deſcriptio figurabili ſimplicitati minime conuenit: ligaturas igit. Alia unico corpore diſponit

Alia pluribus & diuerſis ut hic.

¶ Ligaturarum quoq; Alia aſcendens: Alia deſcendens. Ligatura aſcendens dicitur quum ſecunda notula ſupereſt primæ ut hic.

¶ Nec refert ſi in huiuſmodi ligatura plures fuerint notulæ deſcendentes: cum aſcenſus & deſcenſus, in ligaturis penes primum gradum mobilem inter ſecundam & primam notulam

ductum conſideretur. Deſcendens ligatura dicitur quum prima notula ſupereſt ſecundæ hoc modo  Ligaturarũ principia. Alia cum proprietate dicũ tur. Alia ſine proprietate: Alia cum oppoſita pro prietate.

¶ Omnis enim ligatura aſcendens: cuius prima notula nullam habuerit uirgulã aſcendentem uel deſcendentem cum proprietate dicitur ut hic 

¶ Item omnis ligatura deſcendens cuius prima notula uirgulam habuerit deſcendentem lateri. ſ. ſiniſtro adherẽtem cũ proprietate dicitur ut hic.

¶ Omnis uero ligatura cum proprietate prima notulam reddit breuẽ. Errant iccirco qui primã obliqui corporis notulam in ligatura aſcẽdente 

Francho. longam ponunt hoc modo.  Eſt autẽ proprietas ſecundũ Franchonẽ ordinata conſtitutio & poſitio principiis ligaturarum in cantu plano a primis auctoribus attributa. Quare omnis in cantu plano ligatura ſolã proprietatẽ poſſidet. Sine proprietate autẽ ligatura & cũ oppoſita proprietate notulis cantus plani nuſquã cõueniunt: quippe quæ eſſentialiter a ligatura cũ proprietate differentes: figuras & nomine & quantitate diuerſas efficiunt: qd̃ in cantu plano nullatenus admittitur cuius notulas æquas temporis menſura muſici diſpoſuerunt.

Omnis ligatura aſcẽdens: cuius prima notula uirgulam habuerit a latere dextro deſcendẽtẽ ſine proprietate dicta eſt ut hic.  Omnem item ligaturarum deſcendentem cuius prima notula nul lam habuerit uirgulã ſine proprietate dixerunt ut hic.

¶ Verum ligatura omnis ſine proprietate primã ducit notulam lõgã. Omnis autem ligatura tam aſcendens quã deſcendens: cuius prima notula habuerit uirgulã deſcẽdẽtẽ i latere ſiniſtro dicit cũ oppoſita ꝓprietate ut hic. 

¶ Et ligatura ois cum oppoſita proprietate primã ſemp notulã reddit ſemibreuẽ atq; ſecundã non ut ſeipſam: ſed ex cõſequenti: nã ſola ſemibreuis notula ligaturæ incongrua eſt: duæ autẽ aptiſſimæ coniunguntur: Conſtat quidem ex deductis: Longam & breuem atq; ſemibreuem: ligaturarum tantum principiis aptiſſime competere: Maxima autem q̃ longo ſemper atq; quadrangulo corpore equaliter deſcribatur nulla unquam quantitatis diuerſitate uariatur: principiis namq; & mediis atq; terminationibus ligaturarum noſcitur conuenire ut hic.



¶ Vltimis autẽ ligaturaꝝ figuris plectio atq; impfectio cõuenire noſcuntur. Nã ois tã aſcẽdens quã deſcendens ligatura ultimam habens notulam quadram directe ſupra penultimam hoc modo. 

¶ Vel in directe deſcendente uirgula in eius latere dextro ut hic. 

¶ Vel ſub penultima quadrato corpore hoc modo  Cum perfectione declaratur: ac ultimam ipſam huiuſmodi ligaturæ muſici lon-

gam posuerunt. Verum omnis tam ascendens q̃ descendẽs ligatura habens ultimam notulã supra penultimã in corpore obliquo hoc modo.

Vel in q̃droline uirgula indirecte ut hic

Vel sub penultimam in corpore obliquo

hoc modo. a. dicit fine pfectiõe cuius q̃dẽ ligaturæ ultimã semp notulã musici ipsi breuẽ instituerunt. Hinc constat longã & breuẽ nõ mõ in principio: sed etiã in fine ligaturæ posse cõstitui. Semibreuis uero minime: nisi in ligatura oppositæ pprietatis: quum. s. duæ tantũ semibreues fuerit cõiũctæ tunc. n. prima & ultima semibreues dicunt ut hic.

Mediis autem ligaturarum notulis nulla inest essentialis differentia cum omnes in quãtitate cõueniant: hinc unicũ nomen sortiãtur necesse est. Sunt enim ut Franchoni & Anselmo cunctisq; musicis placet oẽs mediæ breues. Quare falso arbitrantur qui longã notulã mediam concludũt: puta hoc modo.

Semibreuis

Longa quidẽ solũ pricipio atq; fini ligaturarũ applaudit. principio ac medio quũ. s. plures quã duæ fuerint in oppositæ proprietatis ligatura coniunctæ. Principio & fini: si tantũ duæ. Breuis uero ut p̃dictis considerationibus deductum est in ligaturaꝝ pricipio: medio: atq; fine: congruum obtinuit locum. Minimam autem figuram musici nusquam ligare consueuerunt. Verum quæ simplices figuræ patiuntur accidẽtiam: puta alterationem: imperfectionem & huiusmodi: hæc & ipsis ligatis solent imitari.

¶De pausis. Cap. VI.

PAusa quã græci quietẽ uocãt est figura artificiosam a cantu desistẽtiam monstrans: quæ cãtoribus innuit a cantu se continere. Hãc musici & ad oportunã quietem atq; refectionẽ uocis post laboriosam elatiõem: & ad cantus suauitatẽ instituerũt. Namq; quemadmodũ fastiditum auditorem sæpius ioco quodam diuini uerbi concionator oratorue lenit gratioriẽ & attentioriẽ reddens: sic cantilenarum auditores cantor moras quasdã uocibus itermiscens ad reliquas cantilenæ partes p̃stat attentiores. Est enim figura pausæ linea seu uirgula quædam per spacium uel spatia seu spatii partẽ protracta nulli notulæ addita: sed a notulis penitus disiuncta. Quattuor enim pausas in cantilenis ueteres posuere: quæ quoniã ommissas & mensurabiles declarant uoces notularũ ipsarum nomina sunt sortitæ. Earũ namq;: Alia Breuis: Alia Longa: Alia Semibreuis. Alia minima. Pausa breuis est uirgula deducta in descriptione cantilenæ a linea ad lineã propinquioriẽ: interuallũ seu inter medium spaciũ complectens. Pausa longa duarum: scilicet breuiũ est uirgula duo: integra triũ linearum cõplectẽs iterualla. Est & pausa trium tẽporum: quæ q̃rtuor lineas propriis extremitatibus attingens tria integra occupat spatia hanc longã perfectã dicunt q; tria æqualia propria taciturnitate pertrãseat tẽpora: quæ & breues nominãtur. Ternarius namq; numerus in figuraꝝ huiusmodi quantitatibus pfectus existimat: tũ ratione proprietatis: nãq; primũ parẽ binarium quẽ fœmineum putãt atq; imparẽ primum. s. seipsum monstrat: qui & masculus dicit. horum alterna coniugatione cæteri numeri procreantur: tũ ratione omnium diuersaꝝ partium suarũ quæ ipsum efficiũt: nã unitas aliquota & binarius aliquãta ipsum ducunt tũ ratiõe cõcordiæ in ipsis tribus prioribus naturaliter consequentibus dispositæ ut inquit Augustinus primo suæ musi-

Numerus ternarius pfectus é.

Augustin.

eæ: nãq; ternarius ex uno & duobus pficit q̃bus nullus naturaliter ītercidit numerus: qd in reliqs nō euenit: nã duo & tria nō reddũt q̃ttuor p̃cise: & tria & q̃ttuor nō efficiũt p̃cise qnariũ naturaliter eos subsequẽtẽ: atq; i reliqs eodẽ mō tũ ratiõe ternariæ æq̃litatis: ī ipso nãq; ternario pricipiũ: mediũ: & finis æq̃ disponunt: q̃ re in sũmo deo diuinã ꝓfitemur trinitatẽ. tũ ẽt rõne mutuæ aggregatiõis: nã si ipm ternariũ binario multiplices uel ternariũ binario: senarius illico cõsurget quẽ ꝓ priis partibus aliquotis pfectũ p̃dicãt. Mathematici. Maior ãt q̃ triũ tẽpoꝝ pausa nõ cõmẽsurat cæteris cãtilenæ notulis: sed cõcẽtus declarat terminationẽ: q; quũ duabus uel tribus huiusmodi pfectarũ lõgarũ pausis opus fuerit iuxta cõpositoris dispositionẽ: sex. s. uel nouẽ tẽporũ taciturnitate cõmẽsurãdis: duæ uel tres triũ huiusmodi spatiorũ pausæ describẽdæ sunt atq; itẽ plures ꝓ ĩstituẽtis arbitrio. Pausa quoq; breuis tres plerũq; semibreues ipa taciturnitate ptrãsit: q̃ pfectæ breui ascribũt ipsi musici: tẽpus tũc pfectũ nuncupãtes. Semibreuis pausa est uirgula q̃ alicui lineæ adherẽs ad mediũ ꝓpinqoris spacii descẽdit. Sũt & q eã uolucre tertiam unius tẽporis partẽ cõtinere si modo tertiã tãtũ spacii partẽ comphẽdat: atq; duas insuper tẽporis partes quũ duas ipsius ĩterualli tertias partes continuerit: quibus Neoterici dissentiũt. Arbitrãt. n. ii duas cõtiguas semibreues pausas rectius duas tertias ipsius perfectæ breuis cõtinere: qd & recẽtiores frequẽtant. Minimæ pausa est uirgula lineæ apposita ascendẽs ad mediũ ĩteruallĩ uicinioris. Interuallũ siue spaciũ uoco distãtiã uel uacuũ incõpositũ duaꝝ linearũ. Hæc. n. pausa dimidiam semibreuis mensurabilẽ obtinet quantitatem. Plerunq; tertiam ipsius semibreuis partem: quũ. s. perfecta prolatio semibreuem ipsam custodierit. Quod si duas tũc ipsius partes tertias pausare curaueris: duas minimas pausas cõtiguas describẽdas esse cõsentiũt. His qdẽ facile cõsiderat semibreuẽ notulã eius pausam tris in minimas (qd perfectæ ascribitur prolationi) esse resolubilem. Atq; itẽ duabus ipsis semibreuiũ pausis contigue dispositionis: breues ipsas ternariæ consentientes esse diuisioni (quod perfecti tẽporis est) cantoribus ipsis ĩnotuit. Seminimæ pausam ueteribus musicis ignotam recentiores describunt ut minimã. scilicet ascendentẽ retorta dextrorsum summitate. hæc. n. dimidiã minimæ consequitur respirationẽ. Semiminimæ autẽ pausam a nullo usquã auctore deductam. figurari decet ascendentẽ ueluti minimã: retorta siniſtrorsum summitate. hæc. n. dimidiã obtinet seminimæ pausæ respirabilẽ quãtitatẽ. Constat quidẽ in figurarum cõsideratione siniſtrũ latus a dextro deuinci: nã quum q̃dratæ breui notulæ uirgulã in dextro latere descẽdentẽ uel ascendẽtẽ appoſueris. Longam illico præfiguratam conſpicies: q; si siniſtro eius lateri adhereat descendens uirgula aut ascendens: breuis aut semibreuis ipsa notula resultabit. Sunt igitur ipsarum pausarum descriptiões hoc modo.

Mathematici



Longa perfecta | Longa imperfecta | Breuis | Semibreuis | Minima | Seminima | Semiminima

¶De modo. Cap. VII.

MOdus est regula uel ordo dispositæ quantitatis in longa secundum diuisionem totius in propinquas partes. Nonnulli autem dicũt modum esse mensuram breuium in longis & longarum in maximis. Est enim (quẽ admodum & in cæteris rebus) in notulis: secundum temporis mensuram & ipsarum numerum notularum semper obseruandus modus: quem a moderata modulatione dictum putant. Alii a modificando: & uariata temporum consideratione diuersos modorum modus efficiat. Tempora enim notulas breues intelligo. Præ dictum quidem fuit longam poeticis adstructiõibus duabus breuibus esse æqualem: quare cum dualitas sit par numerus ac fœmineus ut Pythagoras censuit: binariam ipsam notularum considerationem imperfectam existimãt: perfectam uero ternariam ac masculinam: mares enim ipsa perfectione fœminas excellunt. Est igitur imperfectus modus quum in ipsa longa duo tempora seu duæ tantum breues consistunt: quod antiqui cantilenarum scriptores duobus punctis quadrangulæ figuræ infixis declarabant hoc modo a Perfectus autem in longam modus: quum scilicet tris breues contineret: tribus punctis in quadrato deductis signabatur hoc modo b Hanc autem longæ considerationem: modum minorem uocant recentiores: respectu modi in maxima consistentis. Veteres autem illi unicum. s. & maximæ & longæ posuere modum ac si unus sine altero perfectione computata constitui nõ posset. Hos sequuti musici: pausam trium temporum pro perfecto minore modo in longa existente instituerunt (facilitatis & commoditatis gratia) notulis præponendam: quasi tres breues unica longa contineri noscantur. Imperfectum uero ipsius longæ modum sola longæ ipsius notulæ descriptiõe in qua cõsistit demonstrari dicunt. Omnis namq; notula longa alicuius minoris modi est: quam præcedente perfectionis signo (pausa. s. trium temporum) minori modo perfecto ascribunt. Deficiente autem signo quasi ex priuatione ad habitum consideratio fiat (est enim dignior habitus atq; perfectior priuatione) longam ipsam minoris atq; imperfecti modi esse uoluerunt: duas tantum ei breues cõferentes. Maiorem inde modum quem duplici longæ notulæ inesse uoluerunt: q; duas tãtum longas ipsa duplex longa compræhendat imperfectum crediderunt: quã quidem figuram: q; nullum sit ei appositum perfectionis signum maximam maioris imperfecti modi nominarunt. Duabus uero trium temporum pausis appositis quas lõgas pausas perfectis diximus: maiorem modum perfectum maximæ notulæ inesse iudicarunt. Non incongruum quidẽ fuit: ascripta minori modo perfecto sola triũ temporum pausa: maiori inde modo perfecto ad eius cognitiõem duas huiusmodi pausas proponere. duæ namq; maiores. sunt quantitatis & temporis mensura q̃ una: qua re: maiorem modum q̃ sola ipsa indicent necesse est. Verum maxima ipsa tris habens longas: si longa huiusmodi tris duxerit breues nouem breues siue tempora continebit: quare Musici omnes consentiunt nouẽ ad plus tempora huiusmodi teste Anselmo unica figura posse cõtineri. quæ & solo hiatu potest haud facile propria uoce cantor excedere. Constat quoq; ternariam longarum dispositionem nouenariæ ipsorum temporum consistentiæ certissima perfectionis comparatione esse commixtam: namq; ternarius primum imparitatis latus est: qui in seipsum ductus quadratum suum imparem probat: scilicet nouenarium. hunc si

Pythagoras.

Modus imperfectus.

a

b

Modus maior.

Musici.

Anselmus.

ternario ſecuris:tris in ternarios illico conuerteret hinc nō imerito ternariam hu
Auſonius. iuſmodi conſideratiōē Auſonius ad Symachum in crippo ternarii incredibili cō
Eloy. mendatione deſcripſit Eloy igitur in modis doctiſſimus in miſſa ſua dixerunt di
ſcipuli duabus ipſis longarum perfectarum pauſis modum maiorem perfectū de
Donſtable clarauit atq; unica inſuper trium temporum pauſa minoris modi perfectionem
oſtēdit. Quod & Donſtable in tenore Veni ſancte ſpiritus diſpoſuit hoc modo.

TENOR



Veni ſancte ſpiritus.

¶ Solent a pleriſq; pauſæ huiuſmodi longæ eſſentialiter & idicialiter inter cātile
næ notulas pnotari Eſſentialiter dico: quū tot breues ommittēdas notulis alteri
us partis (puta ſupremæ) cōmenſurēt: quot fuerint ipſaq; incōpoſita inter lineas
iterualla: Indicialiter uero q; modū maiorē indicēt pfectū duæ ipſæ. pfectū quoq;
minorē unica qd' expræſſe cōprobat' in pſcripto tenore. Veni ſancte ſpiritus Ple
rūq; autē icōmenſurabiles diſponunt' uidelicet idicialiter tantum: quū. ſ. antece
dūt tēporis ſignum uidelicet circulū uel ſemicirculū in principio cantilenæ deſcri
ptum: tunc. n. duæ ipſæ trium temporum pauſæ modum tantum maiorem perfe
Tinctoris. ctum declarant. tertia minorem quod & Tinctoris in tenore ſui magiſtralis mote
ti. Difficiles alios delectat pangere cantus decenter cōſignauit. Nec refert iſdem
lineaq; interuallis tres ipſæ pauſæ contrahantur an diuerſis: Indiciales autem & i
commenſurabiles huiuſmodi pauſæ in hoc tenore deſcribuntur hoc modo.

CANTVS

TENOR



¶ Omnium autem maximarum & longarum in quocunq; modo conſiderandas quantitates hac deſcriptione notiſſime quiſq; facile percipiet.



Modus maior perfectus | Modus maior imperfectus | Modus minor perfectus | Modus minor imperfectus

¶De tempore. Cap. VIII.

Tempus perfectū

TEmpus quātitatem breuibus notulis aſcriptā muſici intelligi uoluerūt. Eſt. n. duplex perfectū. ſ. & imperfectum. Perfectum tēpus breui notulæ tris ſemibreues aſcribit: quod declaraē per circulum in principio cantilenæ deſcriptū. Putant. n. muſici appoſitione circuli ternariā pfectā ipſius breuis diuiſionē declarari: quoniā in ipſa circunferentia principium mediū & finis æqualiter conſiſtunt: uel (quod mihi magis placet) quia ſenario numero qui pfectus eſt ſpherica & circularis illa circūferētia: ſecūdū ipſius diſtātiā a medio puncto (quē centrum appellant) naturaliter noſcitur eſſe pducta. Si. n. centrum a circunferētia ſolo diſtet digito. Ipſa tunc circunferētia ſex digitorum menſurabitur quātitate: hinc Mathematici circinum ipſum ſextum uocant. Sunt & qui pfectam ac ternariam in breuibus notulis diuiſionem probāt duabus ſemibreuium notularum pauſis principio cantilenæ deſcriptis: quas cæteris quidem ſubſequētibus figuris connumerant hoc modo  quibus facile pcipi poteſt pauſam unius breuis tris ī partes æqs diuiſibilem perfecto tempori ineſſe: cuius duæ ipſæ ſunt eius partes tertiæ q, quum duas ſemibreuiū pauſas temporis imperfecti diſponere contigerit ſolam breuis pauſam pleriq; aſſerunt rectius conuenire addo: niſi altera duarū ipſarum ſemibreuium pauſam præcedēti altera ſubſequenti fuerit connumerāda. Nōnulli itē tribus notulis breuibus plenis huiuſmodi. ſ. plenitudine accidentaliter īperfectis: perfectam temporis diuiſionem in cāti lenis percipiunt. Imperfectum uero tempus breuem figuram in duabus ſemibreues diſtinguit: nam ſemibreuem a ſemis: quod dimidium eſt: traxerunt: & breuē: quaſi ipſius breuis dimidiam ducat quātitatem. Huiuſmodi autem binariam breuium reſolutionem in cantilenis ſemicirculi declarat poſitio. Neq; ſemicirculum ipſum ut dimidiū circulum exiſtimes: ſed imperfectū: nam ſemum imperfectum ſonat. qua re ſemicirculo ipſo tempus imperfectum in breuibus exprimi uoluerunt: nō equidem ut unicuiq; breui notulæ dimidiam perfecti temporis conferat quantitatē: quæ eſt ſemibreuis cum dimidia: ſed ut duas tertias ipſius perfecti tēporis partes tanquā imperfectam temporis diuiſionem: quod ſane poſſet mathematice conſiderari: quum ſemicirculus ipſæ duas præciſe tertias partes circularis circūferentiæ cuſtodiret. Id. n. diſpoſita triangulari æquilatera figura in ipſa circuli circūferentia æquiſſime demonſtraē hoc modo.  Hoc qdē ſcriptores & cantilenaꝝ notatores aduertere nō ſolent: cum ſemicirculū ipum uel æquū uel plus uel minus dimidio circuli in quāti tate deſcribāt. Perfecti itaq; tēporis & īperfecti demonſtrationes hoc notiſſime diſponūtur exemplo.

Quare cō paſſus uocaē ſextus a mathematicis

Tempus īperfectū



¶Errant insuper qui semibreuem imperfecti tẽporis: q̃ dimidium breuis cõpræ
hendat maiorẽ uocant. eam uero quæ tertiã breuis perfectæ continet partem: pu
tãt minorẽ: cũ unaquæq; semibreuis eadem prolatione cõputata altera semibreui
sit semp æqualis: nec obstat q̃ una dimidiam: altera tertiam breuis notulæ possi
deat partẽ: cũ breues ipsæ dissimili sint quantitate dispositæ. Cõplures uero terna
rii atq; binarii numeri characteribus pfectas atq; imperfectas huiusmodi notulas
quantitates exprimi assueuerant p̃cedentẽ quantitatẽ circulo: quũ perfecta nume
rositate disposita sit: uel semicirculo si imperfecta: ac reliq̃s subsequẽter perfectas
ternarii numeri charactere: Imperfectas binarii considerãtes: ut si cantilena fuerit
in modo maiori perfecto: & minori perfecto & tẽpore pfecto cõpositа: his noscat
signis. O3. Si autẽ in modo maiori perfecto: & minori iperfecto ac tempore per
fecto hoc ordine. O2. In modo autẽ maiore perfecto: & minore perfecto ac tem
pore imperfecto his signis. O32. Verum quũ cantilenã deducunt in modo maio
re iperfecto: & minore perfecto ac tẽpore iperfecto hæc signa notulis præponunt.
C32. Si autẽ in modo maiore iperfecto: & minore iperfecto & tempore perfecto
hæc signa describũt. C2 Atq; ita diuersimode singula signa singulis figurarum
quãtitatibus referendo. Quod quũ duo tantũ signa p̃ponunt modum ipsum mi
norem & tẽpus intelligi uoluerunt: ut modũ minorem perfectũ & tempus perfe
ctũ hoc modo. O3. Et modũ minorẽ perfectũ atq; tempus iperfectũ hoc modo.
O2. Sunt insuper & qui nõ modo ipso ternarii uel binarii numeri charactere tẽ
pus perfectũ uel imperfectũ declarant: sed sesqualteram quoq; uel duplã in semi
breuibus cõsiderant proportionẽ. Rursus modũ minorem imperfectũ & tempus
imperfectũ his duobus mõstrant signis. C2 Modũ uero minorem imperfectum
& tempus perfectum hoc modo. C3. Nos autẽ hæc p̃dictarũ quãtitatũ signa du
Philosophus ximus reprobãda. Cum apud Philosophum Frustra fiat per plura qd̃ fieri potest
per pauciora. Nam si unico signo duabus. s. trium tẽporũ pausis perfectus modus
maior ab iperfecto discernitur: imperfectus uero nullo signo: sed sola ipsius figura
probatur. Atq; eadẽ cõsideratione minor ipse pfectus modus unico signo: sola ui
delicet trium temporũ pausa (utpote habitu quodam) percipit̃. Imperfectus nul
lo (tanquã priuatione) sed sola propriæ figuræ descriptione considerat̃. Constat
diuersa signa diuersis quãtitatibus eiusdẽ nominis non esse describenda: sed ipsis
tantum perfectis instituenda. Inde etiam est q̃ cum ueteres. Musici atq; recentio
res: circulum & semicirculum perfecto atq; imperfecto tempori ascripserint eos a
modorum nos consideratione seiungimus. Rursus q̃ ternarii ac binarii numeri
characteres sesqualterã ac duplã proportionẽ apud nonnullos incõsiderate effi
cere credant̃: q̃bus in primo quarti rationabiliter dissentio ad omnẽ tollendã hæ
sitationẽ: eas minoris modi uel temporis quantitatibus: alienas existimo. Verum

Musici quantitates ipsas perfectas in figuris ipsis certa & continua quantitate de scriptis: Geometrica conuenientia significari uoluerunt. Sunt enim primæ ac potissimæ: considerationes apud geometras punctus: circulus: & linea. Quod cum punctus minimum quoddam sit & continuæ quantitatis initium uelut unitas in numeris: & sonus in musicis: circulusq; ac linea puncti ipsius aggregatione concrescant: uim quandam perfectionis in continuis noscitur pernotare: nam unumquodq; (ut tertio capite deductum est) perficitur minimo sui generis. Hinc musici ipsi ad minorũ figurarũ perfectam quantitatem describendam: quam prolationem uocant: ipsum signo utriusq; temporis inscribendum instituerunt. Ipso autem circulo q; perfecta figura sit: perfectum (ut diximus) tempus breuibus ascripserunt. Inde & perfectum minorem modum in longis ipsa trium interuallorum pausa computandum tradidere. Demum perfectam maximarum quantitatem: q; maior in ipsis modus consistat: duabus ipsis trium spaciorum pausis mathematice declararunt. Musici Geometre

¶ De Prolatione. Cap. IX.

Prolatio est essentialis quantitas semibreuibus ascripta: diuisionem mõstrans totius in partes propinquas. Consimilem enim cæteris essentialibus quantitatibus retinet partitionem. Alia namq; ternariam in semibreui recipit sectionem diuidens ipsam in tres minimas: quam perfectam uocant. Alia binariam duas tantum unicuiq; semibreui minimas ascribens hanc imperfectam dicunt. Sunt & qui ternariam ac perfectam huiusmodi prolationem appellant maiorem: Minoremq; binariam: quod mihi non placet. cum penes unicam figuram scilicet semibreuem utraq; prolatio consideretur: non enim semibreuis semibreui dissimilis est: ut est maxima longæ: quibus & maior & minor modus singilatim inesse noscitur. Placuit tamen antiquorum nonnullis prolationis huiusmodi considerationem & semibreuibus & minimis ascribere: maiorem namq; prolationem semibreuibus diuisibilibus in minimas: minorem minimis in semiminimas: nam & minimam tris in partes æquas figurabiles describebant ut mõstrat Anselmus: qua re: eam quæ semibreuibus inesset maiorem dicebãt prolationem minorem uero minimis ascripserunt. Moderni autem ternariam ipsius minimæ diuisionem omm̃iserunt minimam ipsam eiusq; anfractus binariæ tantum ascribentes diuisioni. Perfectam itaq; prolationem punctus temporali signo ĩscriptus declarare consueuit. Imperfecta uero deficiente huiusmodi puncto facile consideratur. Nonnulli duabus minimarum pausis contiguis notulis cantilenæ connumerandis perfectam prolationem exprimere consueuerunt. Sunt & qui diuisionis punctum ante uel post minimam notulam uel inter duas positum: perfectæ prolationis signum putant: cum minimam notulam cui apponitur propinquiori semibreui applicet ternaria diuisione computandam: perfectione prolationis cõputata: quod & si ternariam punctus huiusmodi indicet minimarum computationem: plerunq; tamen in ploratione perfecta disponitur numerus ternarius in minimis: ubi ipso diuisionis puncto ad huiusmodi cognitionem non opus fuerit: puta: quum tres semibreues seu tres minimas in cãtilena disposuero: omnis enim semibreuis tris minimas continet in prolatione perfecta: atq; tres ipsæ minimæ simul computantur: nec ibi quidem competit diuisionis punctus: quare si potissi- Prolatio perfecta Prolatio ĩ perfecta Anselmus

mum ac ſolum eſſet perfectæ prolationis ſignum non admitteretur ſemibreuis perfecta: ſicut eſt ſimilis ante ſibi ſimilem: quod eſſet inconueniens. Conſtat igitur punctum ſigno temporis iterpoſitum perfectæ prolationi ab auctoribus aſcriptum fuiſſe: inde & prolationem ſine tempore. Atq; modum maiorem ſine minore: & minorem item ſine tempore in cantilenis conſtitui non poſſe notiſſime compræhendi poteſt. Perfectionem itaq; utriuſq; modi atq; prolationis ſigna ipſa tanquam habitus quidam probant. Imperfectionem uero ipſæ ſecum figuræ deferūt deficientibus ſignis. Secus utrunq;: tempus namq;. Perfectum circulo. Imperfectum ſemicirculo: ut utrobiq; poſſet per punctum perfecta notari. Prolatio: declarari ſolent: At Prolationes huiuſmodi his demonſtrant exemplis.

Prolatio perfecta in tempore perfecto.

Prolatio perfecta. in tpe impfecto.



Prolatio imperfecta in tempore perfecto.

Prolatio imperfecta in tempore imperfecto.



¶ De partibus figurarum. Cap. X.

FIgurarū Alia dicitur pars propinqua. Alia remota. Alia remotior. Alia remotiſſima. Pars propinqua eſt illa in quam immediate reſoluit᷑: ſuum totum. ut longa reſpectu maximæ: & breuis reſpectu lōgæ & ſemibreuis reſpectu breuis: Atq; minima reſpectu ſemibreuis. Pars remota eſt illa inter quā & ſuum totū unica media naturali ordine intercidit: ut Breuis reſpectu maximæ quas inter ſola longa reſidet: Atq; ſemibreuis reſpectu longæ: quibus ſola breuis interponitur. Et minima reſpectu breuis quæ ſolum ſemibreuē intercipiunt. Pars remotior eſt illa inrer quā & ſuū totū duæ notulæ maiores naturali ordine diſponuntur ut. Semibreuis reſpectu maximæ quæ (extremitate cōcepta) longā & breuem medias circundingūt. Pars remotiſſima eſt illa iter quā: & ſuū totū tres figuræ maiores naturaliter reſidēt ut minima reſpectu longæ. q bus longa breuis & ſemibreuis naturaliter intercludunt᷑. Idem quoq; iudicium deducit᷑ de anfractibus minimæ reſpectu ſingulaꝝ figurarum. Ex huiuſmodi namq; conſideratione conſtat maximam figuram ſemper eſſe totalem: ac dieſim ſemper partialē: ſex uero reliquas ſcilicet: lōgam: breuem: ſemibreuem: minimam: ſeminimā: & ſemiminimā

totales & partiales. quod cum tres illi anfractus a minima diminuti ternariā non recipiant ſectionē: ultra minimā nullā ꝓponemus minorē figurā iperfectibili cōſiderationi: nāq; minima ipſa apud neotericos ternariam claudit diuiſionē. Quare q̄nq; tantū prioribus figuris accidentia ipſa muſicæ figurabilis aſcripta ſunt.

¶De imperfectionibus figurarum. Cap. XI.

Imperfectibilium figurarum. Alia patiens tantum. Alia tantum agens. Alia agens & patiēs eſt. Figura patiens tantum eſt ſola maxima: hæc cū a diuerſis poſſit figuris multimode imperfici: nullā unq̄ figuram imperficit: nāq; maiorem. in quantitate figurā nuſquā præcedit aut ſequitur in cantilena cui poſſit tanq̄ pars tertia imperfectibilis applicari. Inde duo ſunt generaliter annotanda. Vnum quidem: notula imperficiens ſemper minor erit ſua imperfectibili. Alterum: Imperfectibilis figura ſemper eſt in numeroſitate ſuæ perfectæ quantitatis conſideranda. uel ſaltem eius pars ſi quo ad ipſam imperficiatur. quod &. Anſelmus in tertia muſicæ ſuæ dicta his uerbis aſſeruit. Quantitas autem detractionis eſt pars tertia menſuræ quā ea notat figura a qua detrahitur. ſiſtūt ſi quidem menſuræ diuiſionem in ternario. Eſt igitur imperfectio reductio quædā tertiæ partis ad plus ad ſuum totum: ſecundū ternariam eius poſitionē prius in ipſo conſideratam. Verum diſpoſitis in cantilena figuris ſecundum propriam binariæ ac imperfectæ quantitatis rationem: cas plerūq; certo augmentationis puncto pornant: quo dimidia uniuſcuiuſq; figuræ quātitatis ſupexcreſcit: hinc ternariā ſectionem acquirunt: ipſi æquipolentes perfectioni. Figura aūt agens tantū eſt unica: uidelicet minima: quæ & ſi alias: puta ſemibreues: in prolatione perfecta iperficiat: qm̄ ternariā propriæ quātitatis reſolutionē ipſa non patitur ab altera nunq̄ poteſt imperfici. Figura aūt agens: & patiens eſt quæ iperficere pōt. & imperfici. Sunt eni tres: Longa: Breuis: & Semibreuis: pōt enim unaquæq; & maiorē iperficere & a minore imperfici. Ois enim figura imperfectibilis pōt uel a parte ante: uel a parte poſt tantū: uel ab utraq; imperfici. Quo circa figura habens tertiā partem tris in partes æquas indiſſolubilem (puta ſemibreuis perfectæ ꝓlationis cuius tertia pars eſt ipſa minima ternariā non implens diuiſionē) poteſt ab una tantum imperfici parte. Ois inſuper notula quæ imperficitur applicatione ſuæ tertiæ partis abſtractæ dicitur imperfici quo ad totū. Quod cum imperficitur per reductionem abſtractæ tertiæ partis ſuæ partis ꝓpinquæ dicit̄ imperfici quo ad partē propinquā a parte ſua remota. Atq; eodē mō figura pōt iperfici a parte remotiore quo ad partē remotā. Et a parte remotiſſima quo ad partē remotiorē: ut maxima figura a minima in ꝓlatiōe pfecta. Generaliter item muſici poſuere notulā oēm ante ſibi ſimilē (perfectione quātitatis diſpoſita) ſemper eſſe pfectā: nec ullo unq̄ caſu reductione partis eius abſtractæ iperfici poſſe: qua re ante maiorē uel minorem figurā imperfectibilis ipſa notula neceſſario diſponit̄. Tria quidē ſunt quæ imperfectibilem figurā imperfectā eſſe demonſtrant. Numeralis iperfectio. Punctualis diuiſio: & Notulaꝝ plenitudo. Quo ad primū igit̄. Quotienſcunq; notulæ minores ante uel poſt maiorē deſcribunt̄: diminuta aut ſupflua ternaria notularū numeroſitate. tūc maior ipſa imperficit̄ a propinquiori minore (niſi hæc ad alias prius reduceretur) uel a ꝓpinquioribus remotis partibus: uel remotioribus uel a ꝓpinqua & remota: atq; ita diuerſimode: ut hoc conſtat tenore.

Primū notabile
Sēdm notabile
Anſelmus
Impfectio
Tria ſūt ſigna imperfectionis
Prima imperfectiōis cognitio.

TENOR

CANTVS



¶In hoc(ut percipitur)tenore: prima breuis iperficit longam ſequẽtẽ a parte ante quo ad totũ: quia pars eius tertia eſt & propinqua. Prima uero ſemibreuis iperficit breuẽ præcedentẽ a parte poſt: quo ad totum. Duæ autem ipſæ minimæ inter breuem: & longam poſitæ breuẽ ipſam a parte poſt iperficiunt: quo ad totũ: quæ & ſi eius partes remotæ ſint: cum ꝓpinquæ eius parti æquiualeant: ſolius propinquæ partis effectũ ꝓducere noſcunt. Longa ambas ipſas minimas ſequens imperficitur: quo ad totum a parte poſt a prima breui. Prima breuis ſub ſigno tẽporis perfecti & perfectæ prolationis imperficitur a parte poſt: quo ad totum. ſ. a parte propinqua: & quo ad partem: ſcilicet a parte remota: quæ ipſius partis propinquæ

eſt tertia pars. Rurſus imperfectibilis figura poteſt imperfici a parte ante: & a parte poſt ſimul: quum ſcilicet ante ipſam fuerit ſola tertia pars ſuæ propinquæ partis: & poſt ipſam ſimiliter ſequatur pars tertia alterius partis ꝓpinquæ: tuncq; dicitur imperfici quo ad partes: qua re compluribus modis ſecūdum miſicorum inſtitutionem ipſæ poſſunt imperfici figuræ ut hoc tenore lucide comprobatur.



¶ In hoc tenore prima ſemibreuis īperficit longā ſequētē a parte ante quo ad partē propinquā: nā ſemibreuis ipſa partis propinquæ ipſius lōgæ pars eſt tertia. Itē & ſemibreuis ſequens ipſam īperfici longam a parte poſt quo ad ipſius longæ partem propinquam. Conſimili etiā cōſideratiōe pernotatur prima breuis ſub ſigno perfecti tēporis atq; perfectæ prolationis deſcripta: nāq; a partibus remotis: uidelicet minimis quo ad duas partes propinquas a parte ante & a parte poſt imperfici declaratur. Prima duarū longarū coniunctarū non īperficit: quoniā ſimilis ante ſibi ſimilē non pōt īperfici. Secūda longa īperficitur a parte poſt quo ad totū. ſ. a parte propinqua: quæ eſt breuis: & breuis ipſa īperficiens imperficitur etiā ſemibreui ſubſequēte quo ad totum. Eſt interim intelligendū ſimilem notulam ante ſibi ſimilem nunquam imperfici poſſe de ſimilibus figuris corporaliter ſeparatis: quæ: & totales ſunt: non autem de unitis in toto: quoniā figuræ unitæ: puta duæ breues temporis imperfecti in longa modi minoris imperfecti conſideratæ: tunc enim & ſi breuis ante breuem conſideretur poſſunt imperfici. Quod quidem accidit quum figura imperficitur a parte ante & a parte poſt quo ad ambas partes:

ut conſtat etiam in lōga præpoſiti tenoris a parte ante & a parte poſt a duabus ab latis ſemibreuibus diminuta. Et in breui tēporis & prolationis perfecta a duabus ipſis circūductis minimis iperfecta. Verū ſi ſimilis ante ſibi ſimilem unico corpore conſiderata iperfici nō poſſet: nulla unquā eſſet iperfectibilis figura a parte ante quo ad partem ꝓpinquā: ſeu etiam remotam: quod facile poteſt ex ſeipſo unuſquiſq; cōſiderare. Non eſt inſuper admittēdum ſolā minimam poſſe aliam figurā imperficere niſi in diſpoſitione perfectæ prolationis quāquā Gulielmus de Maſcā dio breuem temporis perfecti: & imperfectæ prolationis a ſola minima imperfectam poſuit: quod abſurdum eſt: nāq; notula uel a tertia ſui parte: ut longa minoris ac perfecti modi ab una breui uel a tertia parte partis ſuæ dimidiæ: ut longa imperfecti modi & temporis perfecti ab una ſemibreui: uel a tertia ſuæ tertiæ partis parte: ut breuis temporis perfecti & perfectæ prolationis a ſola minima: ſolet imperfici. Sunt & qui breuem temporis perfecti atq; perfectæ prolationis a duabus minimis ſimul p̄cedentibus uel ſimul ſequentibus imperfici uelint: quod niſi duæ ipſæ minimæ dictam breuem contiguam imperficerent quo ad totum: cuius ipſæ ſint pars propinqua. ſ. tertia per alterationem ſecundæ: ut accidit in ſecundo tenore de alteratione. & compluribus cantilenis: non admittitur. uel (quod parum eſt in uſu) niſi prima minima imperficeret primam ſemibreuem unitam: & ſecunda tertiam per reductionem. Aſſeritur inſuper figura tris in partes ternarias diuiſibilis: quum a parte ante & a parte poſt a partibus remotis quo ad partes ꝓpinquas imperficitur: primam tunc partem propinquam unitā iperfici a parte ante quo ad totum. & tertiam a parte poſt. Secundam uero huiuſmodi unitam in ſua pfectione remanere: quod in prima longa præcedentis tenoris a duabus ipſis ſemibreuibus circūuenta percipi poteſt. Verum ſi huiuſmodi figura tris in partes propinq̄s ternarias diuiſibilē duæ eius partes remotæ præceſſerint: unaq; eā pars remota cō ſequatur: tunc dicitur imperfici quo ad omnes eius partes propinquas: ut quum fuerint duæ minimæ ante breuem temporis perfecti & perfectæ prolationis: unicaq; ipſam ſequatur: prima tunc ipſarum duarum minimarum iperficit ipſam breuem quo ad primam partem propinquam: ſecunda quo ad ſecundam: & ſequens minima ipſam imperficit breuem quo ad tertiam partem propinquam. Adde q; ſi duæ ipſæ minimæ præcedentes imperficerent ipſam breuem quo ad totum: cuius ipſe ſint tertia pars per alterationē ſecundæ minimæ: tunc ſequens minima imperficiet ipſam quo ad tertiam partem propinquam a parte poſt: & ſecūda pars propinqua pfecta eſt. Atq; ita breuis ipſa ītegra nouē minimas continens huiuſmodi detractiōe: quattuor propriæ quantitatis minimas relinquit. Conſimili item cō ſideratione complures conſentiunt notulam maiorem tertia ſui parte diminui: q̄ quo ad totum imperfectam dicunt: inde & tertia parte partis propinquæ quo: ſcilicet ad partē: rurſus & tertia parte alterius partis propinquæ quo ad ipſam partē. Inſuper ipſam imperficiunt quo ad partes remotas: ita ut pars maior & auctor q̄ntitatis ipſius figuræ quā dimidia ab ipſa figura huiuſmodi imperfectionem retracta ſit: ut ſi a longa modi minoris perfecti: & temporis perfecti atq; perfectæ prolationis quæ uiginti ac ſeptē continet minimas abſtraxero breuem perfectam: ſcilicet tertiam eius partem nouem minimas deducentem. Inde ſemibreuem tertiā. ſ. partis propinquæ partē tribus minimis ductā. Rurſus & alteram ſemibreuē alte-

Gulielmꝰ

rius partis propinquæ partē tertiā tris minimas cōplectentē. Item & minimas quattuor ab ipſis q̄ttuor relictis ſemibꝛeuibus: ita ut ex uiginti ac ſeptē minimis quas longa ipſa ītegra iure contineret decē ac nouē reducibili abſtractiōe ablatæ ſint. Veꝝ uariæ huiuſmodi īperfectionis conſideratio parū in lucē ꝓdiit & uſum quā potius euitandā eſſe diximus q̄ probādā: quoniā īperfectio eſt abſtractio partis tertiæ uel minoris applicādæ ad uſum totū: ad implendā ternariā quātitatis diuiſionē. Id. n. natura fert ut quū tertiā partem alicuius totius auferimus binaria relinquatur partiū conſideratio, qua re omnis figura in ſua perfecta quātitate ſecundū. ſ. ternariam propinquaꝝ partiū aggregationē diſpoſita: ſi tertiæ ſuæ partis abſtraſtiōe īperficitur īperfecta exiſtat neceſſe eſt: binariæq; inhæreat diuiſioni tanq̄ imperfectæ eius quantitati ſubſtituta. Figura autē īperfecta in duas tantū ꝓfectas partes propinquas diuiſibilis: a parte ante & a parte poſt quo ad ambas partes dicitur iperfici: quū ſcilicet unica eius pars remotæ p̄ceſſerint: unicaq; ipſam fuerit ſubſecuta. Atq; itē quū ambæ ipſæ partes remotæ ipſam īperficiētes ſimul p̄ceſſerint ſimulue fuerint ſubſecutæ: ſiue ſimplices & diſiunctæ: ſiue ligatæ exiſtāt: prima primam imperfectibilem imperficit partem: ſecunda ſecundam: quod plerique aſſeuerant in notationibus cantilenaꝝ ut & præſenti tenore notiſſime percipiē.



¶ In hoc tenore prima longa imperficitur a parte poſt quo ad ambas partes propinquas a duabus ſequentibus ligatis ſemibreuibus: quarum prima primam breuem unitam a partæ poſt imperficit ſecunda ſecundam. Secunda longa imperfi-

citur a parte ante quo ad ambas partes propinquas a duabus præcedentibus ſemibreuibus: quarum prima primam breuem unitam a parte ante ſecunda ſecundam imperficit. Tertia longa imperficitur a parte ante & a parte poſt quo ad ambas partes propinquas. namq; præcedens ſemibreuis primam breuem unitam a parte ante imperficit. ſequens uero ſemibreuis ſecundam breuem unitam a parte poſt imperficere denotatur. Quarta longa eſt perfecta quo ad ambas partes propinquas. quoniam eſt ante ſibi ſimilem non unitam: licet ſit minoris modi imperfecti. Quinta longa imperficitur a parte poſt quo ad ambas partes propinquas coniunctas: a ſemibreui & a duobus conſequentibus minimis. nam primam ſemibreuis primam breuem coniunctam a parte poſt perficit. Duæ autem minimæ (quantitas ſemibreuis) ſecundam breuem unitam ſimiliter a parte poſt imperficiunt. Verum prima breuis: ſequens imperfecti temporis & perfectæ prolationis ſignum imperficitur a parte ante & a parte poſt quo ad ambas partes propinquas unitas. quarum primam a parte ante ſecundam a parte poſt imperfici conſtat. Sequens autem breuis a parte poſt tantum quo ad ambas partes imperficitur a duabus minimis ſequentibus quarum prima primā partem unitam ſecundam imperficit a parte poſt.

Secunda impfectiõis cognitio.

¶ Quod ad ſecundum. Quotienſcunq; punctus diuiſionis alicui notulæ ſiue pro ſe ipſa tantum: ſiue pro ſe & alia uel aliis apponitur. Ipſa tunc notula imperficit maiorem præcedentem uel ſequentem ſi poſſit imperfici: ut hoc monſtratur tenore.



¶ In hoc tenore: tertia breuis imperficitur a parte poſt quo ad totum: quod mõſtrat punctus diuiſionis primæ ſemibreui poſtpoſitus. Quarta breuis imperficitur a parte ante quo ad totum quod lucide indicat punctus diuiſiõis antepoſitus

duabus minimis ipſam præcedentibus. Punctus uero diuiſionis inter duas ſemibreues ultimis breuibus interiectas deſcriptus quintam ipſam breuē a parte poſt: & ſextam a parte ante declarat imperfici. Si autem maior illa figura præcedēs uel ſequens ipſam minorē cui appoſitus fuerit punctus non fuerit iperfectibilis: tunc ipſa minor reducetur ſiue tranſferetur ad priorem notulam ubi regulariter ternaria poſſit numeroſitate coniungi. Idem quoq; quum minor notula ſine puncto maiorem præceſſerit: quæ imperfici non poſſit. tunc enim minor ipſa ad priorem tranſferetur locum ternaria connumeratione perficiendum: ut præſenti tenore percipitur.



¶ In hoc tenore. punctus inter tertiam & quartam ſemibreuem poſitus quartam ipſam tertiæ breui ligaturæ ſequentis connumerandum eſſe demōſtrāt cum nec primæ nec ſecundæ adiici poſſit: quia ſimilis ante ſibi ſimilem (ut expoſitum eſt) non poteſt imperfici. Eadem etiam ratione ſemibreuis præcedēs tres ultimas breues diſiunctas ſine puncto reducitur: & imperficit tertiam ipſam breuem. Idem quoq; ſummetur iudicium: quum appoſitus fuerit diuiſionis punctus alicui breui reſpectu longarum in minori modo perfecto: & alicui longæ reſpectu maximarum in maiori modo perfecto: necnon & alicui minimæ reſpectu ſemibreuium in prolatione perfecta. Ac ſi etiam ſine puncto tranſlerendæ ſint ad diſtātiores figuras imperfectionis eiuſmodi receptibiles. Quid dicēdum ſi quattuor ſemibreues diſpoſitæ fuerint inter duas breues temporis perfecti? dico ſecundū antiquos: primam ipſarum ſemibreuium eſſe reducibilem & connumerādam breui ipſam præcedenti quam perficit a parte poſt: quo ad totum: potiſſime quū breuis quattuor ipſas ſemibreues ſequens fuerit perfecta: ſcilicet uel puncto perfectionis punctata: uel ante ſibi ſimilem poſita. Secus autem ſi ipſa breuis ſit imperfectibilis: ideſt poſſit imperfici: tūc enim breuis prima quattuor ipſas præcedens ſemibreues erit perfecta: & ſe ipſa: & quarta ſemibreuis imperficit breuem ſequentem a parte ante quo ad totum. Laudo tamen ad heſitationem tollendam: præcedentem huiuſmodi breuem ex ſe ipſam perfectam puncto perfectionis eſſe deſcribendam: niſi diuiſionis punctus inter tertiam & quartam ſemibreuem fuerit appoſitus quod præſentis tenoris comprobat deſcriptio.



¶ In hoc tenore prima breuis imperficitur a prima ſemibreui: quia ſecunda breuis imperfici non poteſt. Tertia breuis imperficitur a parte poſt: quo ad totum a prima ſemibreui eam ſequẽte. Quarta breuis eſt perfecta. Quinta breuis imperficitur a parte ante quo ad totum a ſemibreui ipſam immediate præcedẽte. Sexta brèuis perfecta eſt. quia eſt ante ſibi ſimilem. Septima breuis perfecta eſt: puncto perfectionis notata. Octaua breuis imperficitur a parte ante. quo ad totum a præcedente ſemibreui. Nona breuis perfecta eſt. quia ante ſibi ſimilem ſedet. Decima breuis perfecta eſt: quia ternarius integre numerus ſemibreuium ſubſequitur inter ipſam & punctum diuiſionis depræhenſus. Vltima breuis imperficitur a parte ante. quo ad totum a ſemibreui eam præcedente quod indicat punctus ipſæ diuiſionis ſemibreui ipſi antepoſitus. Idem quoq; ſentiendum eſt de quattuor minimis: duabus ſemibreuibus perfectæ prolationis interpoſitis. & de quattuor breuibus inter duas longas modi minoris perfecti deſcriptis: Si autem breuem temporis perfecti: & imperfectæ prolationis immediate conſequant̃ ſola minima & unica ſemibreuis: tunc breuis illa non poterit imperfici a tertia ſui parte propinqua eam immediate ſequente quo ad totum: quoniam pars ipſa propinqua ſequens: ſcilicet quantitas ſemibreuis eſt diſtincta in diſſimiles partes non copulatiuas: in minimam uidelicet: & in dimidiam ſequentis ſemibreuis partem: ut præſens tenor oſtendit.



TENOR CANTVS

CQuo ad tertiũ. Quotiẽſcunq; in ternaria ac perfecta quãtitatis aceruatiõe notula impletur: tunc de tertia propriæ quantitatis parte imperficitur: cui pars ipſa tertia cõſimili plenitudine ſuccedat neceſſum eſt: qua quidem plenitudine ſola reductiõe comprobatur. Nec refert ſi imediate an mediate pars ipſa tertia reducibilis maiorem: tanquã ſuum totũ præcedat aut ſequatur: dũmodo perficiendæ numeroſitatis gratia ad ipſam reducatur maiorem: Solet nãq; ad maiorem partẽ tanquã ad ſuum totũ minor ſemper pars ipſa deduci: quod præſenti tenore percipiẽ.



TENOR

CANTVS

CQuũ.n.tres ſimiles figuræ ſplentur mediate uel ímediate:tunc prima pars uni
ta ſecundæ notulæ ad primã reducitur:ſecũda tertiæ ſequẽti plenæ ad pficiendam
ternariã diuiſiõem applicatur. Sunt & qui lõgæ notulæ dimidiũ implẽt corpus:ul
timam breuem in ipſa depræhenſam a tertia ſui parte ſubſequente imperfectam
conſiderantes quæ & ſi uacuum areæ in altera eius parte ſpacium habeat: in alte-
ra plenum:mea nihilominus ſententia ad id ſignificandum longa ipſa non admit
teretur. quia uacuum & plenum per naturam mirum immodum inter ſe repu-
gnãt:nec unã & eãdem rem demonſtrãt:iccirco maluerim ambas ipſas breues ua-
cuã.ſ.& plenã diſtinctis corporibus figurabiliter pnotari:quod tamẽ abſtruſiſſi-
mã non exigit diſputatiõem:quando quidẽ arbitrio ſcribẽtium hæc appoſita eſſe
manifeſtiſſime cõſtant. Solẽt & figuræ iperfectæ quãtitatis cõſideratione diſpoſi-
tæ plerũq; deſcribi plenæ:q̃s muſici ſeſqualteræ diminutiõi æqfacere ſolẽt: ut in
q̃rto monſtrabit: ubi de ipſa ſeſqualtera ampliſſime diſputatur. Verũ ſi unica hu-
iuſmodi figura:aut duæ tantũ:ipſa fuerint plenitudine deſcriptæ:dimidia(qd ra-
tionale eſt)tanq̃ primariæ.ſ.duplæ ꝓportioni ſubſiſtẽtes ꝓpriæ quãtitatis parte
minuuntur:ut poſuit Bonadies præceptor meus. Fuit inſuper apud ueteres muſi
cos uſus:notulas omnes in ſuis eſſentialibus quantitatibus conſiſtentes: deſcri-
bere plenas:eas uero:quæ accidentaliter imperficiebantur,uacuas pernotabant.

Bonadies

De puncto. Cap. XII.

PVnctus eſt minima & inuiſibilis quãtitas cuiuſcũq; cõtinui. Cõuenien-
tius ãt punctũ dicimus minimũ quoddã ſignũ qd notulis accidentaliter
ꝑponitur uel poſtponitur uel ĩterponitur:cõtinuæ qdẽ quãtitatis princi
pium ut lineæ uel circuli. Eſt.n.duples punctus.ſ.diuiſiõis & pfectiõis. Pũctus di
uiſionis ẽ qui ꝑpoſitus uel poſtpoſitus alicui notulæ ipſam nec auget nec minuit:
ſed ad ꝑcedentẽ uel ſequentẽ eam indicat applicandam & cõnumerandam:pro p-
ficienda ternaria in notulis diuiſione. qd quidẽ dupliciter accidit:mediate.ſ. & i-
mediate. Dicitur.n.notula mediate p punctum præcedenti uel ſequenti cõnume-
rari & applicari:quum pũctus ipſæ cuius notulæ ꝑpoſitus uel poſtpoſitus ipſam
diuidit:propinquiori uel propinquioribus præcedentibus uel ſequentibus mini-
me connumerandam:hunc proprie tranſportationis ſeu tranſlationis punctum
decet applicari:cum notulam cui appoſitus eſt ad diſtantiores figuras tranſferat
computandam. Immediate autem applicare dicitur quum notula ipſa cui appoſi-
tus fuerit punctus:propinquiori ſeu propinquioribus notulis cõnumeratur,quũ
proprie uoco punctum diuiſionis: ut hoc monſtratur tenore.

Pũctus di uiſionis

Punctus trãſporta-tionis

Pũctus di uiſionis



¶ In hoc tenore: punctus poſt primã ſemibreuem ſequentem primam breuem ap poſitus: ſemibreuem ipſam breui ipſi ad perficiendam temporis aceruationem in dicat applicandam. Punctus uero ante ſemibreuem immediate præcedentem ſecundam breuem: ipſam eidem connumerari facit ad ternariam temporis diuiſionem perficiendam. Verum punctus ante eam ſemibreuem quæ immediate præcedit tres breues conſequenter poſitas appoſitus: ſemibreuem ipſam ad ultimam illarum breuium monſtrat eſſe tranſferendam: ipſiq; ad perficiendã ternariam temporis diuiſionem connumerandam. Non enim primæ breui: neq; ſecundæ ſemibreuis ipſa poteſt applicari: nam ſimilis ante ſibi ſimilem non poteſt perfici. Punctus autem inter duas ſemibreues duabus breuibus interpoſitas deſcriptus: primam ſemibreuem primæ breui: ſecundam ſecundæ in diuiſione comprobat applicari. Aduertendum quoq; eſt q̃ punctus tranſportatiõis notulam cui apponitur: non ad anteriores notulas ſed ad poſteriores: ad priorem ſcilicet quem poſſit acquirere locum tranſferendam inſtituit. Sunt & qui notulam huiuſmodi tranſportandam duobus utriuſq; punctis circunueniunt: ut hoc tenore percipitur.



¶ Punctus itaq; diuiſionis notulis tantũ in ſuis p̃fectis quãtitatibus deductis apponitur. hic quũ longæ notulæ fuerit appoſitus: maiorẽ perficiet modũ: ſi breui minorẽ: ſi ſemibreui tẽpus: ſi minimæ prolationẽ: maximæ autẽ non adheret pũctus talis: cũ nulla maior deſcribaꝫ figura cui maxima ipſa conducaꝫ tanquã pars tertia. Punctus autẽ perfectiõis eſt qui poſtpoſitus alicui notulæ ipſam pficit: tris in partes æquas diuiſibilẽ reddẽs. Hic itẽ duobus modis cõſideratur. Primo quũ

alicui notulæ in ſua quãtitate perfecta diſpoſitæ apponitur: tunc. n. & ſi a minore eã p̃cedente uel ſequẽte poſſet ip̃erfici in ꝓpria facit pfectione remanere. atq; iccir co perfectionis nuncupatur punctus. Secundo: quum poſtponitur alicui notulæ quæ ſecundum imperfectam ſuam quantitatẽ diſpoſita ſit: tunc enim notulam ip ſam recto propriæ quantitatis dimidio noſcitur augere: qua re augmẽtationis pũ ctum uocant: qui cum notulam ipſam ternaria diuiſione perornet perfectæ eam æquifaciens figuræ: perfectionem quandam ſibi uẽdicare præſumpſit: hinc & per fectionis punctum uocant: quod præſenti tenore diſcernitur.



¶ In hoc tenore punctus appoſitus primæ breui ipſam in ſua fecit perfectione re manere quæ niſi perficeretur a puncto poſſet a tertia ſui parte: ſcilicet a minima punctata cum ſubſequente ſeminima imperfici. Idemq; facit punctus appoſitus tertiæ breui. Punctus autem appoſitus ſecundæ breui ſub ſigno temporis imper fecti ipſi augmentum præſtat dimidii propriæ quantitatis: tris in partes æquas eã reſolubilem monſtrans. Atq; idem efficit punctus appoſitus tertiæ ſemibreui ſub eodem ſigno: ipſam enim adauget integro ſuæ quantitatis dimidio. ternariæ eam ſubiiciens diuiſioni. qua re ſemibreui perfectæ prolationis dicit̃ æquipolere. Hoc idem & maximis & longis appoſito huiuſmodi puncto eueníre continget: quæ in ſua perfecta quantitate diſpoſitæ propriam perfectionem obtinebunt: in imperfe cta uero augmẽtum ſuſcipient. Conſideratur plerunq; unus atq; idem & diuiſio nis & augmẽtationis punctus: puta quum poſtpoſitus fuerit ſemibreui immedia te ſubſequẽti breuem temporis perfecti imperfectibilem: indeq; ſtatim conſequã tur minima ſola ac duæ ſemibreues quouiſmodo: tunc enim punctus ipſe & ſemi breuem breui commenſurat: & dimidio ſuæ quantitatis eam adauget. Inde & di uiſionis & augmentationis punctus huiuſmodi communiter uocitatur. Solam itaq; præpoſitus notulis punctus diuiſionem: poſtpoſitus uero & diuiſionem & perfectionem poterit pernotare. Sed neq; notula puncto perfectionis ornata (qd

nonnullorum pace dixerim) imperfectionem tertiæ ut quotæcunq; uis partis suæ sibiipsi conducendæ poterit sustinere: quum perfectio & imperfectio inuicem cõtrariæ sint & contraria in eodem subiecto Philosophus non admittit.

Philosophus

¶De Alteratione. Caput Tertiumdecimum.

Ioannes de Muris.

ALteratio in figuris mensurabilibus dicitur apud Ioannem de Muris proprii ualoris secundum notulæ formam duplicatio: dicta enim est alteratio quasi alterius actio. Euenit quidem notulis in sua perfecta quantitate dispositis: atq; in imperfecta quum sunt propinquæ partes sui totius perfecti: ut semibreuis imperfectæ prolationis in tempore perfecto: & breuis temporis in imperfecti in modo minori perfecto: sicq; huiusmodi. Minima enim alteratur ad perficiendam perfectæ prolationis diuisionem. Semibreuis autem ad perfecti temporis diuisionem perficiendam alteratur. Breuis ad perficiendam modi minoris perfecti numerosam integritatem alteratur. Longa ad modi maioris perfecti ternariam considerationem implendam solet alterari. Quotienscunq; duæ tantum minimæ inter duas semibreues perfectæ prolationis: uel inter duarum ipsarum semibreuium figuratas quantitates: puta inter duas pausas semibreues: uel inter semibreuem & pausam seu inter pausam & semibreuem reperiuntur: secunda semper alteratur duarum æquualens quantitati minimarum: nisi punctus diuisioni fuerit ipsis interpositus. Idemq; accidit quum duæ semibreues duabus breuibus perfecti temporis uel earum quantitatibus includuntur. Similiter & quum duæ breues inter duas longas minori modi perfecti uel inter earum quantitates descriptas reperiuntur. Itemq; quum duæ longæ inter duas maximas modi maioris perfecti uel iter earũ figurat quãtitates descriptæ sunt: secũda semp alterat nisi (quod prædictum est) punctus diuisionis interiectus sit: ut præsenti pernotescit tenore.





¶Si autē pauſa alicuius figuræ & figura ſimilis ponantur inter duas maiores ut præmiſſum eſt: tunc aut pauſa præcedit figuram aut figura pauſam. Si pauſa præcedit figurā: ipſa figura alteratur. Si autē figura pauſam preceſſerit nō eueniet alteratio cū ſecunda ſemper alteretur & non prima & pauſa nequaquā poſſit alterari. Fuere tamen qui & pauſas alterationi aſcripſerunt quos cōmunis muſicorū ſcola repræhendit. Duo inſuper potiſſima ſunt quæ nō primæ duarū notularū: ſed ſecundæ alterationē conceſſere. Primum q̄ diſtincto duabus æquis quantitatibus chordæ ſonoræ interuallo: maior ſemper erit in ſecunda parte proportio quam in prima: tanquam reſpectu finis: cui maiorem & perfectiorem aſcribere ſolent partem. In clare comprobat Arithmetica medietas continua diapaſon interuallum in chordotono duabus æquis differentiis ſcindens: prima namq̄ & grauior pars diateſſaron epitritam: ſecunda diapenten hemioliam continebit. Secundum eſt q̄ prima duarū huiuſmodi notularū puta ſemibreuiū ad hoc ut duplum propriæ quantitatis aſſumneret in alterā poſſet formā tranſmutari: nam quadrata figura poſſet denotari. Inde breuis diceretur cui ad ternariā diuiſionē implendā ſecūda tunc ſemibreuis adheret: qua re decentius quadraret breuis figura a ſequente ſemibreui imperfecta quam ipſa prima ſemibreuis alterata. Secunda autē huiuſmodi ſemibreuis alteratur: quia adhoc ut dupla ſui ipſius quantitate cōcreſcat alterā non poteſt ſummere formā: nāq̄ ſi quadratā breuis ſuſcipiat deſcriptionē: nō duarū modo: ſed trium ſemibreuiū quantitatibus æquabitur cum ſimilem tunc ante ſibi ſimilē quæ imperfici non poteſt euenire contingat: quod cantor quiſq̄ ex ſe ipſo poteſt facile cōtueri. Eſt item aduertendū q̄ quū duæ ſimiles notulæ ſimplices ſeu ligatæ imperfiſciunt aliquā maiorē figurā quo ad ambas partes in quas ſolas ſit ipſa reſolubilis: non aſcribuntur alterationi ideſt ſecunda illarum non alteratur. Quod ſi duæ ipſæ minores imperficiunt ipſam maiorem quo ad totum reſolubile tris in partes perfectas ſeu ternarias: cuius ſint tertia pars: ſecunda illarū tunc alterabitur: ut hoc monſtratur exemplo.

Arithmetica medietas



¶ In præſenti tenore ſecũda ſemibreuis ſequens primã longã nõ alteratur: qa am bæ ipſæ ſemibreues nõ impficiunt ipſam longã quo ad totũ tãquã pars ꝓpinqua: cũ ipſa ſit in modo minori impfecto. ſed quo ad ambas partes. Secũda illarũ duarũ ſemibreuiũ ante duas breues ligatas deſcripta alteratur: eo ꝙ ſecũda ſit iter diſtinctũ ualorẽ unius breuis & breuẽ. Secunda illarũ duarũ minimarũ primã breuem ſub ſigno tẽporis perfecti & pfectæ ꝓlationis immediate cõſequentiũ altera tur: quia ambæ ipſæ minimæ impficiunt ipſam breuẽ: quo ad totũ: ſcilicet de tertia eius ternaria parte: quæ ꝓpinqua uocitaꝫ. Poſtremo notulã alteratã a parte an te imperfici ut Ioannes de muris aſſerit: duximus ipugnandũ: cũ nullo pacto tris unquã in ſit diuiſibiles ac ſimilẽ a ſimili imperfici poſſe nuſquã creditum ſit. Ioãnes de Muris.

¶ De Diminutione. Caput. Quartumdecimum.

DIminutio in menſurabili cantilena eſt abſtractio certi ualoris quantitati ui ab ipſis figuris. Tribus enim modis ſolet a muſicis demõſtrari. Primo modo Canonice. Secundo Proportionaliter. Tertio Virgulariter. Cano nice cõſideratur diminutio: quum figurarum quãtitates declinant & uariantur in menſura ſecundũ canonicis ac regulæ inſcriptam ſententiã. Puta hac deſcriptione Maxima ſit longa. Longa breuis & huiuſmodi. Tũc maxima ipſa ponitꝫ pro lõga pro breui: Breuis pro ſemibreui: ſemibreuis pro minima. Atq; item hoc modo di minutio a cõtrario ſenſu plerũq; accipi ſolet: hoc. ſ. canone. Breuis ſit maxima. Se mibreuis longa: minima breuis: ſicq; diuerſimode: qđ arbitrariæ muſicorũ diſpo ſitioni cõceditur: qua re improprie ſumpta eſt huiuſmodi diminutio: cum potius augmenti quam diminutionis producat effectum. Hinc huiuſmodi diminutionẽ

dicimus uariationem menſurabilis quantitatis: ſecundum primariam notularum inſtitutionem. Vel ſic. Diminutio eſt propriæ ac primariæ quantitatis ſecundum notulæ formam uariatio. Proportionabiliter ſumpta diminutio: eſt quæ propriis numerorum characteribus certã proportionẽ probantibus conſtituitur. Hæc. n. figuras ipſas minuit ſecundũ diſpoſitæ proportionis conſiderationẽ. Rurſus ipro prie ſummitur hæc diminutio: quũ ſcilicet minoris inæqualitatis proportio cuſto ditur: tunc. n. licet figuræ augmentũ ſuſcipiant quantitatis. Diminutio tamẽ a cõ

Grãmatici

trario ſenſu nec ſecus: quam locum Grammatici: ꝙ luce careat: ac piſcinam ꝙ pi ſcibus ſit priuata: ſolet nuncupari. Proportionabiliter autẽ huiuſmodi diminutio nis quartum figurabilis conſiderationis librum aſcribimus. Virgulariter diſpoſi ta diminutio eſt: quæ in hac menſurabili figurarum deſcriptione per uirgulam ſi gnum temporis ſcindentem declaratur: hæc proprie temporali cõpetit menſuræ: non ipſis figuris: nãq; tali ſigno ipſa minuitur mẽſura: non notularum numerus. Breuis enim temporis perfecti ſiue diminute ſiue integre deducatur: tres ſemper continet ſemibreues integra perfectione ſeruata. Eodem quoq; modo duas ſemp ſemibreues poſſidere pernoſcitur breuis temporis imperfecti: etiã ipſi diminutio ni ſubiecta: quod præſenti notatur exemplo.

TENOR



CANTVS

¶ Verum cum dupla proportio cæteris & diuiſione & pronunciatione ſit propor tionibus notior atq; facilima: menſuræ huiuſmodi uirgulariter conſiderata dimi nutio: in duplo uelocior: duplæ ſcilicet equipolens proportioni: ſolet a cãtoribus frequentius obſeruari.

¶ De Sinchopa. Caput Quintumdecimum & ultimum.

Sinchopa in cantilena menſurabili eſt reductio notulæ ultra maiorẽ uel maiores ſuas ad aliam uel ad alias quibus cõueniat in connumeratione. Euenit enim ſincopa in cantilenis quotienſcunq; per plures figuras pro ceditur ſub diminuta cõnumerandaꝝ notulaꝝ numeroſitate: ſiue binaria ſiue ter naria fuerit eaꝝ quãtitatiua diſpoſitio: ut hoc tenore poteſt notiſſime cõpræhẽdi.



¶ Conuenere autẽ auctores minimã notulam ultra pauſam breuem per ſincopã non eſſe tranſferendã: ſed ultra pauſam ſemibreuẽ tantũ (etiã raro) ſimiliter notulam ſemibreuem ultra pauſam breuem raro: nunquã ultra pauſam longæ debere reduci. Atq; reliquas conſimili ordine cõſueuerunt eſſe conſiderãdas. His tamen multi ex recentioribus cantilenarũ compoſitoribus diſſentiũt. Non modo enim ſemibreuẽ notulam ultra pauſam breuẽ per ſincopam ducunt: immo (quod diſtãtius eſt) ultra pauſam longæ ſemibreuẽ ipſam per ſincopã ſtatuunt tranſferendã cæteras cõſimilibus tranſlationibus diſponentes. Quod ſi nõnulla quæ forte & eccleſiaſticæ & menſurabili inſtitutio in neceſſaria exiſtimes uidẽtur ommiſſa. Id induſtria factum putes. Lectorum enim diligentia freus: eos ſiquidem exiſtimo nihil quod ad huiuſmodi inſtitutionẽ pertineat ignoraturos: ſi hæc ipſa ſtudioſe euoluerint uolumina. Difficile eſt non reliqua eſſe nota: quibus omnia aut plæraq; optime cognita fuerint.

Franchini Gafori Laudenſis Liber ſecundus Muſicæ actionis explicit fœliciter.

¶ De contrapuncto & eius elementariis uocibus. Cap. I.



Armonici modulaminis. Genus auctore Baccheo ẽ mos uniuersum qd subindicans. diuersas in se habens ideas. i. exẽplaria: seu diuersas cantilenæ cõpositiones: qd quidẽ contrapunctũ uocamus: q̃si concordem concentũ extremorũ sonorũ inuicẽ correspondentiũ contrapositis notulis: arte probatũ. Hunc. n. & si certis est regulis institutus tanto tñ pulcherrimũ æstimari licet: quãto cuenerit usui nobiliori. Est itaq; contrapunctus ars flectendi cãtabiles sonos ꝓportionabili dimensiõe & tẽporis mensura. Nãq; melodia ex uocibus cõstat & interuallis atq; temporibus. Vocũ aũt. Alia pedestris qua scilicet orationes legimus & loquimur. Alia equæstris q̃ poetica carmina scdm Arsim & Thesim enunciamus alia modulata qua & naturaliter & instrumentis secundũ harmonicã canentes aliquid operamur: Hæ eni uoces certa dimensiõe determinata habent interualla. Pedestres indiffinita. Equæstres uero q̃si quodãmodo ex utriusq; cõmixta. Interuallorũ. Alia æquisonis uocibus extremis dupla dimensione intercludunt. Alia cõsonis hemiolia & epitrita. Alia ex utriusq; cõmixtis tripla dispositiõe atq; q̃drupla. Alia (minima quidem) sesquioctaua. Alia rursus incerta irrationaliq; dimensiõe extremis uocibus concludunt interualla: quorũ longiorẽ in harmonia instrumẽtali prosequemur enarrationẽ. De his item Guido sic scribit. Ditonus & Semiditonus atq; semitoniũ: & si uoces & canendũ coniungunt: nullã tñ recipiunt diuisionẽ. Irrationalia igitur & incerta dicimus hmõi iterualla: quæ in chordotono a tribus primis multiplicibus sciuncta sunt: & a prioribus duabus sup particularibus segregata: cum oẽm potissime melodicã consideratiõnẽ uel multiplicitati uel sup particularitati ipsi ascripserint Pytagorici. Hæc. n. sunt huic arti conuenientia. Tritecordi. s. incõpositi: ac incõpositi exachordi interualla: ex quorũ extremitatibus concordãtiæ ꝓueniunt: quas (non absre) surdas possumus appellare. Coniunctorũ igitur sonorũ qui certa auribus cõueniunt cõcordantia tres sunt differentiæ. Alii. n. sic inuicem sunt cõpositi ut auribus tantũ depræhendant accomodati. ut Tritechordum incompositũ atq; incompositũ exachordũ. Alii nõ solũ auditui conuenũt: sed similẽ quoq; sibiipsis sensum perficiũt ut diapente incõposita atq; incõposita diapason diapente. Alii uero in tantũ deuenere ut unicũ uideant auribus sonũ efficere: q̃q̃ sunt inæqualis toni ut incõposita diapasson atq; bisdiapasson. Verũ Sonos qui solũ auribus cõueniunt. Briennius emeles. i. cõcinos uocat. Symphonos uero qui iã similitudinis participes fũt. Sed qui iidẽ uidentur homophonos uel Antiphonos. Boetius aũt Ptholomeo cõsentiens priores hmõi cõiunctos sonos q; recte auriũ iudicio ad melodiã aptent emeles uocat. Simphonos uero q̃si iã similitudine participes ex sup particulari exq̃sitos cõsideratione: cõsonos appellat: sed eos qui iidẽ uident in multiplicitate consistentes. æqsonos noiauit. Horũ quidẽ oium posteritas ipsa in cõtrapuncti arte distinctionem ita deduxit ut antiphonas seu æquisonas uoces: pfectas dixerit contrapuncti spẽs. Emeles imperfectas: atq; consonas medias: qd quidẽ & a Franchone assertũ est: & a Guidone cõstat esse hac snia declaratũ. Nullus sonus cũ suo qnto perfecte cõcordat. Nullaq;

Briennius.
Boetius
Ptholomeus
Concordãtiarum.
Aliæ pfectæ.
Aliæ imperfectæ.
Aliæ mediæ.
Franco.
Guido.

to perfectæ concordat. Nullaq; uox cū altera præter octauā perfectā efficit cōcordantiā. Finita insuper est Ars ipsa contrapuncti: q̄q̄ cantilenæ uariant. Non enī arbitraria & uaria sunt eius mandata sed cōmunia atq; nota. Nam & si cantilenarū modos & diuersitates ad infinitū uariari cōtingat: non tñ differt. Ars contrapuncti a cæteris artibus quæ; sunt finita mādata & cōia: ac paucis limitata cū ad infinitū partialia & singularia procedant ut Anselmus asserit. Quarein hac arte quāto figuræ fuerint magis distinctæ: auctioraq; fuerit earū numerus: ipsis non cōfusus additamentis: q̄bus tamen aptē quæq; uoces ad melodiā dispositæ ualeant debitis tēporibus decantari: eo habilius atq; utilius ipsi Cantores memoriæ commendarent. Tradit itaq; contrapuncti facultas coniunctos sonos concordes p̄ pportionabilē interuallorū mensurā. Interualla uero cum sint quidam taciti trāsitus a sono ad sonū non sunt audibilia ut Baccheus inquit sed intelligibilia. Oēm igitur ordinatum arte concentum: q̄q̄ uocis suauitas deest: septimo legum diuus Plato longe melioré putat quā quum est sine ordine.

Anselmus
Effectus & proprietas cōtrapūcti
Quid sit ī teruallum
Baccheus
Plato.

¶ De natura & de nominatione specierū contrapuncti. Cap. II.

Species seu elementa contrapuncti in instrumentorum fidibus atq; uocali concentu grauiū acutorūq; sonorū cōmixtionē qua harmonica consurgit melodia ꝓportionabiliter cōsequantur necesse est. Q d & si unisono qui simplex & solius existit naturæ minimæ cōtingat: tamen q; cæteris consonantiis (nāq; deriuant ab ipso) plurimū conferat augmenti: uelut & numeris unitas: ac lineæ punctus: musici ipsum unitatis loco obseruantes cōsonantiis cōsonanter ascripserunt. Imposuere aūt ipsis noīa a sonorū uniuscuiusq; secundum diatonicū genus dispositorū numerositate: ut ditonū q; tribus sonis cōstet tertiā dicant. Diapeten quinq; uocibus ductā: quintā nominent. Diapeten cū tono sex sonis sextā appellent. Diapason octo sonis probatā octauā uocēt atq; reliquas eodem mō. At consonantiarū hmōi. Aliæ simplices & primariæ: quæ scilicet iter septem essentialiores & discretos sonos concipiunt ut Vnisonus: tertia: quinta: & sexta. Aliæ replicatæ & secūdariæ ut octaua: decima: duodecima: & tertiadecima: hæ.n. æquisonæ sunt præcedentibus dupla dimensione conceptæ: namq; octaua æquisonat unisono: decima tertiæ: duodecima quintæ: tertiadecima sextæ. Aliæ triplicatæ tertiariæ ut quintadecima: decimaseptima: decimanona: & uigesima. Quintadecima.n. æqsonat unisono & octauæ: decimaseptima tertiæ & decimæ: decimanona quintæ & duodecimæ. Vigesimasexta & tertiædecimæ. Harū itē cōsonantiarū. Aliæ mediā chordā sustinent consonā. Aliæ minime. Earū uero quæ mediā chordā sustinent consonā. Aliæ strictiore interuallo atq; distantia ab extremitatibus disiunctam habent. Aliæ longiore distantē. At quāto acutius & uariabile fuerint mediū ipsarū extremitatū: interuallum: tāto huiusmodi cōmixtio naturam percipiet harmoniæ. Q d' si sola chorda fuerit media (quanq̄ uariabilis) puta in ea speciæ quā tertiā uocant cui quidem secunda uox sola mediū p̄bet: ob sui simplicitatē ab harmonicæ suauitatis natura lōgæ disiuncta est: quā quidem primā in ordine coniunctarū ac concordantium uocum ponūt: quasi ab unisoni simplicitate prima concorditer discedēs ueluti binarius numerus primus ab ipsa unitate. Quæ uero uocū cōmixtiones nullā continēt mediam chordi diatonicæ dispositam a contrapuncti lege recedunt: ut tonus & semitoniū. Tertia itaq; dupli-

Vnisonus.

Tertia.

citer diſponitur ditono: ſcilicet & ſemitono: quæ licet (quum ditonalis eſt ſemitonii ſubtractione in ſemiditoniæ formā tranſmutetur: (quum uero ſemiditoniæa eſt) ſuperpoſitione ſemitonii in ditoniæam conuertatur: propriā tamen concordantiā atq; naturalem eius denominationem non dicitur permutare. uerum quæ ditoniæa eſt: tertiam maiorem uocant a maiore eius interuallo: quæ uero ſemiditoniæa tertiam minorē. Atq; iccirco huiuſmodi uarietate & incerta eius dimenſione. tertiam ipſam uagantē. & imperfectā contrapuncti ſpeciē duxerunt appellandā. At tertiam ipſam minorem quā ſemiditoniæam uel trihemitoniæā aſſerunt diſtantiā conuenire. Antiquoꝝ diligentia (natura ducæ) ex pmutatione generis diatonici in chromaticū incōpoſitō maiore interuallo a ſingulo tretrachordo cōcordem excepit: qua re ipſam nōnulli chromaticā uocant. Diatoniæam uero tertiā incōpoſitā enarmonicā dicunt q; rariſſimū atq; incōpoſitū enarmonici tetracordi interuallū circūueniat: ut tertio capite primi p̄tractū eſt: ſed in harmonia inſtrumētali hæc latius explanabo. Ex uariatiōe igit hmōi tertiæ: q̄ uel ſemitonii ſubtractiōe uel additiōe fit: certā cōſtat generis in genus fieri pmutationē.

Quinta Quinta aūt q̄ diapente integra tribus. ſ. tonis ac minore ſemitonio ducta ſeſquitertera dimenſiōe ꝓducit. mediā obtinet cōcordē chordā cū extremis. Cōponit eni ex duabus primis ſimplicibus. ſ. tertia minore atq; tertia maiore cōcordi medietate ſeruata. Inde ſuauiorē ducit extremitatē cōcordiā q̄ſi quæ certa imitatiōe harmonicæ adhereat medietati. Huius q̄dē medietatis chorda ſi i acutū exachordi interuallo fuerit itenſa: acutioreē iter ipſas extremitates harmonica medietate cōcludet: diapaſon cōpoſitā pficiēs æq ſonantiā. Atq; iccirco q; maius & potiſſimū huiꝰ harmonicæ cōſiſtētiæ interuallū diapēte ipſa cōtineat q̄ntæ ipſi ſcdm diatonicū genus diſpoſitæ ſeſquitertera dimēſio gratioreē atq; ſuauioreē cōfert harmonici modulaminis formā.

Sexta Sexta a ſex chordis diatonicæ diſpoſitis dicta: q̄m certā in chordotono dimenſionē nō acq̄rit iperfecta eſt. Chordotonus. n. eſt chorda tenens oēs cōſonantias muſicis ꝓportionibus diſpoſitas. Rurſus ſextā ipſam q̄ttuor tonis ac minore ſemitonio ductā maioris ſemitonii ſubtractione uariari contingit atq; minui: q̄q̄ propriā ſonoritatē & denoiationē nō amittit: diciturq; altera maior: altera minor. Sexta maior fit ex diapēte & tono. Minor uero ex diapēte & ſemitonio. Inde hmōi uariatiōe ſextā ipſam uagātē ueluti & tertiā poſſumus appellare. Hēt eni ſexta ſolā chordā mediā & concinnā: q̄. ſ. tertia eſt ad grauioreē & diateſſaron ſubſonat ad acutā. Diateſſaron. n. cōſonantia & ſi ſimplex ducta diſſona ſit: coniuncta tñ concordi cōmixtioni concordē efficit cū extremis medietatē: quaſi harmonicæ medietatis ꝓxima ſit & particeps. Plerunq; autē ſexta huiuſmodi media ta: quū ſcilicet media ad grauioreē tertiā diatoniæā ſonuerit: mediam ipſam chordam aliquando poſtulat relaxari (quod inſtrumentoꝝ edocemur experimento) tunc enim certa ſoni continuatione quarta ipſa ad quintæ participationē aliquāto ſuauis flectitur. & tertia ipſa maior aliquāto dirimitur ſubuerſa in minoris ſuauioris ac tertiæ ſemitoniæ continuationem. Non igitur incongruū eſt tertiam & ſextam imperfectas & uagas concordantias nominare cum unius & eiuſdem quodammodo ſint conſiderationis & progreſſionis participes.

Octaua Octaua qua æq ſonantem diapaſon q̄nq; tonis ac duobus minoribus ſemitoniis dupla chordotoni dimenſione conſtat eſſe deductā perfecta eſt cōtrapuncti ſpecies: & prima q̄dē har-

monica medietate consistens. Namq; qua proportione longior eius chorda grauiorem sonum emittens breuiorem quæ acutissimum sonum efficit & æquisonũ custodierit: eadem item interuallum seu differentia longioris & mediæ quod diapente est: ad differentiam item interuallum mediæ & acutioris quæ diatessaron implet: noscitur esse deductum. Rursus maius interuallum quod maioribus numeris circũscriptum sit: maiorem obtinet consonantiam: scilicet diapentem. Minor autem distantia paucioribus numeris ducta minorem: scilicet diatessaron cõtinet consonantiam: quod quidem harmonicæ medietatis proprium est: ut in harmonia instrumentali mathematice declarabo. constat igitur mediũ esse cõstitutũ harmoniæ ut Petrus de habano interpres testatur. xii. problemate partis harmonicæ. qua re cum prima sit ac minor diapason æquisonantia quæ harmõice media ta. Aristoteles ipse decimo octauo ꝓblemate solam asserit perfectæ cõsonare. Ad hæc inter grauissimam & mediã chordam: mediam quandam & concordem: scilicet tertiam maiorem & minorem uicissim suscipit: quod cum quintæ conueniat in ipsis cõsideratiõe prætactum est. Est itaq; octaua harmõicæ mediata prima ac simplex illa harmonia qua musicus omnis cõcentus gratiore atq; suauiore modulatione perfulget. Decima autem ꝙ ad tertiam octaua est: ipsius tertiæ sapit naturam: est namq; imperfecta & uaga: quum subtractione semitonii minor sit: additione maior: non enim recipit mediam chordam sonoram inter ipsam & octauam: quoniam prima species est ab ipsa discedens ueluti simplex tertia ab unisono. Tres. n. medias sustinet sonoritates concordes decima ipsa: scilicet tertiam: quintã & octauam. Quæ & si harmonicam consistentiam inter: scilicet primam grauiorem. & quintam atq; octauam conclaudunt: admixtione tamen uagantium imperfectarum: scilicet tertiæ ad grauiorem: & sextæ inter quintam & decimam ipsam acutiorem dispositæ: ipsam obtundunt. & reddunt insuauiorem. Nam unumquodq; bene atq; rectæ dispositum: quum quid difforme & incongruum susceperit propriæ naturæ patietur alterationem. Duodecima uero quintæ æquisonans octo tonis constat ac tribus minoribus semitoniis: fit enī ex diapasson ac diapente: quæ quũ solam octauã chordã mediam seruauerit: duplam. scilicet sesqualteram sustinens dimensionem: harmonicæ acquiescet medietati tripla & extremorũ & differentiarũ cõsideratione deductæ: quod quidē probatur his numeris 1264. si enim 12 numerum grauissimæ ac longiori chordæ quæ est ⊏ ut ascripsero: ac numerum senarium eius octauæ: scilicet G solreut. Inde ipsi duodecimæ quaternarium .s.D lasolre extremi ad se inuicē termini atq; ipsæ inuicem differentiæ una eademq; proportione seruantur: nam quēadmodum duodecim ad q̃ttuor triplam efficiunt ꝓportionē. Ita differentia duodenarii ad senarium quæ est senarius differētia senarii ad quaternarium quæ binarius est tripla cõparatione custodit. Est itē & maior ꝓportio in maioribus numeris. Inde & maior cõsonãtia: & in minoribus minor: quod (ut prædiximus) harmonicæ medietatis propriũ est. Sustinet insuper & quartam chordam inter primam & octauã harmonica medietate dispositam: ad quam duodecima ipsa octaua est. Quod si tertiam ipsi iterposueris chordam atq; ipsius tertiæ octauam quæ scilicet ad primam decima est: quoniam surdæ: & irratiõales sunt: suauitas ipsius harmonicæ consistentiæ suspendet. Tertiadecima sextæ naturam imitatur quippe quæ octauo loco ab ipsa distat in acutum: est enim iperfe-

Petrus apponensis.
Aristoteles
Decima
Duodecia.
Tertia decima.

cta & uaria:minor quidem ſemitonii ſubtractione:ac maior additione:Mediatur autem concorditer a tertia:ſexta:octaua:& decima:harmonicæ cõſiſtentiæ ſuauitate inficiens.Q uintadecima biſdiapaſon æquiſonans decem tonos & quattuor minora ſemitonia cõtinet.Omnem inſuper harmonici modulaminis uim atq; naturam ſibiipſi cõſeruauit:namq; ſeptem harmonicæ cõſiſtentiæ : ſcilicet diapaſon ſpecies ſuſtinet & gubernat: qua re quindecim eſſentialium chordarũ diſpoſitionem perfectiſſimo ſyſtemati aſcripſit antiquitas.Hæc iccirco continua ſolius chordæ medietate diſpoſita ob corpoream ipſam magnitudinem quam duabus æquis æquiſonantis diapaſon dimenſionibus ſortita eſt Geometricæ proportionalitati noſcitur adiacere.Q ua enim proportione maior numerus medium ſeruat.ea ipſa & medius ad minorẽ accidit.Ac rurſus differentia maioris & medii ad medii atq; minoris differentiam pari conſideratione relata eſt:quod Geometricæ proportionalitatis proprium eſt:ut quum longiorem chordotoni chordam: cuius grauiſſimus ſonus eſt uidelicet ⌐ ut numero 16 pernotauero:eiuſq; octauæ:ſcilicet G ſolreut numerum 8 aſcripſero:atq; item ſuæ quintædecimæ quæ eſt G ſolreut acuta quaternarium appoſuere.Hac enim conſideratione 16 ad 8 duplam efficit proportionem diapaſon æquiſonantiam inſtituentem.& 8 ad 4.ſimiliter duplam.Rurſus maiorum differentia:ſcilicet 8 ad minorum differẽtiam quæ eſt 4 duplam pariter probat habitudinem.Atq; ita per proportionatos huiuſmodi chordarũ terminos ſoni ipſi intelligendi ſunt:per differentias autem ipſa chordarum interualla:nam ſicut ſe habent inuicem termini in dupla.Ita grauius & acutius interuallum ad minus & acutius.Suſtinet item quintam chordam & duodecimã harmonicæ mediatas atq; ſuauiter conſonans.Verum interpoſita tertia ac decima chorda ſuauiſſima huiuſmodi harmonia auribus accedet obumbrata atq; infecta. Decimaſeptima tertiæ & decimæ æquiſonans:quintadecima eſt ad tertiam & octaua ad decimam.Eſt enim uaga & imperfecta: tertiæ ipſius ſonoritatem conſequens: ac tertia:quinta:octaua:decima:duodecima:& quintadecima concorditer mediatur.Decimanona ad quintam biſdiapaſon:ac diapaſon ad duodecimã æquiſonat: ſuſtinet enim tertiam:quintam:octauam:decimam:duodecimam: quintamdecimam:& decimamſeptimam:concorditer mediatas. Vigeſima autẽ æquiſonat diapaſon ad tertiamdecimam:& biſdiapaſon ad ſextam:ad plurimas quidem ſuſtinet medias concorditer chordas:ſcilicet tertiam:ſextam:octauam:decimam:tertiamdecimam:quintamdecimam:& decimamſeptimam: uerum quæ quintamdecimã excedunt:quoniam corpoream geometricæ mediocritatis magnitudinem ſuperuadunt:ſurdæ quodãmmodo ſunt & debiles propriæ ſonoritatis natura aliquando deſtitutæ.Reliquæ autem ſonorum coniunctiones inſuauiter auriun ſenſum ledunt:quum ſimul extremæ feriuntur chordæ : pura ſecunda & quarta ſimplex: & ſeptima:ac quæ ipſis ſimplicioribus æquiſonant.Inde ab ipſis contrapuncti elementis diſiunctæ ſunt:quippe quæ in cantilenis(niſi uelociſſimo menſure tẽporalis tranſitu)nullum conſequuntur ſtabilem locum.

Quintadecima

Decimaſeptima

Decimanona

Vigeſima

¶De octo mandatis ſiue regulis Contrapuncti. Caput. III.

Prima regula

OVibus uero modis ipſa cantilenaq; elemẽta ſeſe inuicẽ conſequant octo regulis muſici diſtinxerunt.Prima.n.regula eſt q; principia uniuſcuiuſq; cãtilenæ ſummant per cõcordantias pfectas:uidelicet uel i uniſonũ : uel

in octauã uel in quintadecimã: seu etiã in quintã ac duodecimã: quas & si perfectæ minime sunt: ipsis tamẽ suauiore sonoritate pfectis aſcribũt. Verũ hoc primũ mandatum non neceſſarium eſt: ſed arbitrarium: nãq; perfectionem in cunctis rebus non principiis: ſed terminationibus attribuunt. Inde & imperfectis cõcordãtiis cantilenarum exordia pleriq; inſtituerunt: ut his exemplaribus comprobatur.



¶ Prima.n. huiuſcæ cãtilenæ cõpoſitio per tertiã ſummit exordiũ. Secũda per ſextã. Tertia per decimam: quæ & ſi iperfecta ſunt cõcentus elementa: congrue tamẽ atq; cõcorditer noſcunt huiuſmodi prĩcipiis cõuenire. Secũda regula eſt q; duæ pfectæ ſpecies eiuſdẽ generis non poſſunt conſequenter & imediate ſimul aſcendẽdo uel deſcẽdendo uel cantilena conſtitui: puta duo uniſoni: uel duæ octauæ: aut duæ quintædecimæ: ſiue etiã duæ quitæ aut duodecimæ: quæ & ſi pfectæ nõ ſunt perfectis tamen (ob quam fortiuntur ſuauitatẽ) cõnumerant: ipſaq; regula non atq; mãdata ſeruantes. Hæc.n. regulas arbitraria eſt: ſed legalis: omnẽ penitus exceptionem reiiciens. Nõnulli tamẽ ſunt arbitrati duas quintas ſimul aſcendentes uel deſcendẽtes pronunciari poſſe modo diuerſis protenſæ ſint quãtitatibus & interuallis: una. ſ. perfecta. altera ſubtractione uel defectu ſemitonii diminuta: puta procedẽdo ab Are ab Elami: ſiue a proſlambanomene ad hypatenmeſon. Inde ſub ſequẽter & imediate aſcẽdẽdo a ♮ mi graui ab Ffaut: ſiue ab hypatehyparon: ad parhypatenmeſon: qd mea ſententia falſum eſt. Nãq; quintã ſemitonio diminutam q; maxima & nota ſit huiuſmodi diminutio: cãtilenæ incõgruã eſſe nemo dubitat. Hinc diapentica; ſpecierũ ordinẽ a Proſlãbanomene duci non patitur harmonica medietas diatonice diſpoſita. Tamen quinta ipſa (qd organiſtæ aſſerũt) minimæ ac latentis incertæq; quodãmodo quantitatis diminutionẽ patiẽter ſuſtinet: quæ quidẽ ab ipſis participata uocat. Tertia regula eſt: q; inter duas perfectas eiuſdẽ genetis cõcordãtias diuerſis uel conſimilibus motibus intenſas aut remiſſas: una ſaltem imperfecta concordantia: puta tertia uel ſexta & huiuſmodi: debet media conſtitui. Plures item imperfectæ ſimiles: atq; etiã diſſimiles ut duæ uel tres uel quattuor tertiæ & una aut plures ſextæ: iter duas ipſas perfectas eiuſdem generis quam decenter diſponuntur: quod præſens monſtrat exemplar.

Secunda regula

Tertia regula



¶ Contrapunctus autem ſolam inter duas eiuſdē generis perfectas concordātias conſimilibus motibus aſcendentes uel deſcendentes diſcordantiam continens: puta ſecundam uel quartam aut ſeptimā: ſiue diſcordātia ipſa diminutiore figura notata ſit ut ſeminima uel ſemiminima atq; etiam minima. ſiue maioris quantitatis temporalem figuram imitentur ut ſemibreuem aut breuem: non admittitur: namq; ſi diſcordantia patens ac nota contrapuncto non congruit: imperfectæ cōcordantiæ locum ac uicem obtinere non poteſt: hinc & latens ipſa uelocitate diſcordantia imperfectæ huiuſmodi concordantiæ nequaquam poterit ſuffragari.

Quarta regula

Quarta regula eſt q; plures perfectæ & diſſimiles concordantiæ aſcendentes uel deſcendentes poſſunt in contrapuncto conſequenter deduci: ut quinta poſt unisonum uel poſt octauam: & octaua poſt quitam. ac reliquæ eodem modo: ut hoc conſtat concentu.



Quinta regula

¶ Quinta regula eſt q; duæ perfectæ cōcordantiæ ſimiles poſſunt in contrapuncto conſequenter & immediate conſtitui: modo diſſimilibus procedant motibus atq; contrariis: ut ſi duarum octauarum prima in acutum ſit protenſa: ſecunda in graue remiſſa: & e conuerſo. Similiter quum fuerint duæ quintæ immediate ſuccedentes: quarum prima per Theſim ducta ſit: ſecunda per Arſim: uel e conuerſo: ut hoc probat exemplar.



¶In huius.n.cõtrapũcti diſpoſitiõe prima notula cãtus uidelicet:ptis acutioris eſt octaua a tenore i acutũ intẽſa:ſcda uero ẽ octaua ſub tenore remiſſa: qa ꝑ octauã remittit & tenor intẽdit per octauã. Prima itẽ ſemibreuis cõtratenoris ẽ qnta itenſa ſupra tenorẽ. Secũda uero ẽ qnta itenſa ſupra cantũ. Itẽ ultima ſemibreuis ſeu penultima notula cõtratenoris ẽ qnta remiſſa ſub tenore. Vltima uero notula ipſius cõtratenoris. ſ. lõga ẽ: itẽ qnta ſed itenſa ſupra tenorẽ: qd̃ i oibus fere cãtilenis euenire cõtigit. Sexta regula ẽ ꝙ i cõtrapũcto ptes cãtilenæ. ſ. tenor & cãtus atq; contratenor debent inuicem eſſe contrariæ in motu: ut quum cantus aſcendit: tenor deſcẽdat & econuerſo. atq; cõtratenor eodem mõ ſe habeat cũ altera ipſarũ partium. Eſt tamen hæc lex arbitraria. Nã ſæpe & multum tenoris notulæ notulas cãtus aſcendentes aut deſcendentes conſimilibus motibus ſubſequuntur: ſimiliterq; in contratenore proceditur: quod potiſſimum euenit: quum partes cantilenæ ſeſe inuicem iidem motibus fugant atq; figuris: ut hæc cantilena declarat. Sexta regula.



¶Septima regula eſt ꝙ quãdo ex concordantia iperfecta perfectã petimus cõcordantiã tanquã cantilenæ terminationem: uel alicuius partis eis harmonicæ: ad ꝙ pinquiorem perfectam diuerſis utriuſq; partis motibus acquirendam concurrere neceſſum eſt. Vt exempli gratia: quum tenor & cantus ſextam maiorẽ ſonuerint: uidelicet diapenten cum tono: tunc ambo contrariis motibus procedens: ſcilicet tenor unica uoce deſcendens: & cantus unica pariter uoce in acutum intentus in octauam quæ conſiderata motuum contrarietate ipſi ſextæ propinquior eſt: illico conuenient. Quod proprium eſt ſextæ maioris ad octauam: ſcilicet tranſmeare. Minor uero ſexta ad quintam frequentius reuertitur unico motu: altera ſcilicet cantilenæ parte immobili: altera mobili: contrariis uero motibus ad octauã item pertrãſit. Rurſus quũ cãtus & tenor tertiã ſonuerit: in uniſonũ (ducta prima motuũ cõtiguoꝝ cõtrarietate) conuenient. Atq; item laxati in contrarium ambo ad quintam tranſferuntur. quod hoc concentu facile comprobatur. Septima regula.



¶In hoc exẽplo Cãtus & Tenor i tertiã cũ prima ſemibreui in uniſonũ ꝓplabunt ad ſemibreuẽ ſecũdã. Et ex q̃rta ſemibreui q̃ tertiã minorẽ ſonat: cõtrariis motib⁹ in qntã cõueniũt cũ qnta ſemibreui. Et ex qntã ſemibreui ad ſextã ſemibreuẽ ſolo cãtus motu (ſtãte. ſ. tenore) in minorẽ ſextã cõuertũt. Ex hac uero ad ſeptimã procedẽtes ſemibreuẽ: motus ſolũ cãtus tenori ſtabili qntã cõducit. Sed cũ octaua ſemibreui ſolo itẽ motu tenſus imoto ipſi tenori minorẽ ſextã aſcribit. dehinc quũ ambo ipſi cõtrariis motibus (toniæo. ſ. utrinq; interuallo) ab inuicẽ diſtrahũtur: nonã ſemibreuẽ in octauam ipſi ſextæ propinquiorẽ cõſtituũt. Atq; ex undecima ſemibreui in ſextã ſimiliter ducta ad octauã æquiſonantẽ cũ duodecima ſemibreui contrariis prodeunt motibus. In cæteris quoq; cõſimilẽ decet aggredi cõſiderationẽ. Octaua & ultima regula eſt q̃ oĩs Cãtilena debet finiri & terminari i cõcordantia perfecta: uidelicet aut in uniſono ut Venetis mos fuit. aut in octaua aut in quintadecima: quod omnis muſicor; ſcola frequẽtius obſeruat: gratia harmõicæ mediocritatis pficiẽdæ. Eſt enim Finis teſte Philoſopho uniuſcuiuſq; rei pfectio.

Octaua regula.

Philoſophus.

¶Q uæ & ubi in contrapuncto admittendæ ſint: diſcordatiæ. Cap. IIII.

Q Væ uero in cõtrapuncto admittendæ ſint diſcordantiæ breui deſcriptione duximus exprimendũ. Semibreuis enim recta plenam temporis menſurã conſequens: in modum ſcilicet pulſus æque reſpirantis. in contrapuncto diſcordantiæ ſubiacere non poteſt: ut artis poſuere magiſtri. ſimiliter & breuem notulam diſcordantem non admittunt: corrumpit enim concentus naturã & ſuauitatẽ ipſa diſcordãtia quũ nota eſt. Q uæ uero per ſincopã & ipſo rurſus celeri tranſitu latet diſcordãtia admittitur in contrapũcto.

¶Id. n. oĩbus fere cãtilenis cõtigit: ut quũ iperfectã cõtinemus cõcordãtiã: ex qua imediate: per cõtrarios organizãtiũ motus ad pfectã ſibi ꝓpinqorẽ ꝓceditur. tũc minima ſeu etiã ſemibreuis ipſã iperfectam immediate p̃cedens erit diſcordãtia. ſ. uel ſecũda quũ ex tertia in uniſonũ peruenit: uel quarta quũ in quitã prodeunt: uel ſeptima quũ ad equiſonãtẽ octauã ꝓſiliunt. Atq; iccirco diſcordantia huiuſmodi ſincopata lateq; nullam auribus afferens leſionem: ut hoc ꝓcipitur exẽplo.



¶In hoc cõcẽtu: prima minima cãtus ſecũdã efficit ad tenorẽ (patẽtẽ q̃dã diſcordãtiã). Atq; ſecũda pariter minima cãtus q̃rta eſt ad tenorẽ notiſſime diſcordans: has ego raro cõcederẽ admittendas: eſt. n. nota ipſaq; diſcordia: quãquã uelociter

gradiēs dimidium tantū ſemibreuis obtinet. Cōplures tamen diſcordantē huiuſmodi minimā atq; ſemibreuē admittebāt. ut Donſtable: Binchoys. & Dufay: atq; Braſart. Vltima uero ſemibreuis cātus in duas minimas diſtincta: ſecundā minimā cū ultima ſemibreui tēori ſeptimā efficit diſcordem: ſed latentē ducente ſincopa. Idem quoq; cōperies in ultima ſemibreui cōtratenoris: quā quū duas in minimas partitus fueris: ſecūda ipſarū ad ultimā tenoris ſemibreuē quartam diſcordē monſtrabit. ſed latentē. Quare minimā huiuſmodi atq; etiam ſemibreuē diſcordantē in cōtrapūcto admitti neceſſe eſt. Eſt itē & latēs diſcordia in cōtrapūcto p̄ter ſincopatā: q̄. ſ. inter plures cātilenæ partes cōcordes cōtinet᷑ & obtūdit᷑. Semibreuis āt i duplo diminuta & breuis i q̄druplo ac reliq̄ eiuſmodi: q; minimæ figure quātitati æquualeāt: & ſi diſcordātes fuerint in cōtrapuncto poterūt ſuſtineri.

Donſtable
Binchoys.
Dufay.
Braſart.

De Conſentanea ſuauitate quartæ. Cap. V.

Sed quæ ex q̄ttuor cōiunctis inuicē ſonis diſcordātia cōſurgit Diateſſaro. ſcilicet cōſonātiam ſanās: duobus locis admittit᷑ in cōtrapuncto. Primo quum tenor & cātus octauam inuicē ſonuerit tūc medius q cōtratenor dicitur in quintā ſupra tenorē: tribus. ſ. tonis ac ſemitōio ductā diſpoſitus: ab acutiſſimo ſono qui octauā æquiſonātē perficit ad grauiorē. per quartā. ſ. diateſſaro diſtabit in graue: atq; ita quarta huiuſmodi inter cōtratenorē & cantū: quoniam harmonice mediata eſt: optime cōcordabit: ut præſens mōſtrat concentus.



¶ In hoc cōcentu: prima notula atq; itē ultima cōtratenoris q̄ntā ſupra tenorem & quartā ſub cantu inuicē cōſonās harmonica medietate cōſtituit. Secūdo quū tenor & cātus procedūt per unā aut plures ſextas: tūc uox media. ſ. cōtratenor q̄rtā ſemp ſub cantu tenebit: tertiā ſemp ad tenorē obſeruās i acutū. Huiuſmodi autē cōtrapunctū cantores ad Faulx bourdon appellāt. i quo q̄dē medius ipſæ cōtratenor ſæpius notulas cātus ſubſequit᷑: diateſſaronica ſub ipſis depræſſiōe p̄cedēs: q̄d in pſalmodiarū modulatiōibus a muſicis frequētius obſeruatur. Atq; ita q̄rta huiuſmodi iter cōtratenorē & cātū etiā per ſemibreues & breues ac lōgas deducta in cōtra puncto cōcorditer admittitur: quod hoc concentu appertius declaratur.



¶ Conſtat enim ex propoſito cōcentu notulas omnes cōtratenoris per quartam a notulis cantus eſſe depræſſas ac a notulis tenoris ſextā ad cantū cōcludentibus

per tertiam intentans: ſed per quintam in acutū protractæ ſunt ab his tenoris nostulis quæ cū cātu octauā ſeu diapaſonicā ſimphoniā harmōica mediocritate cōdudūt. Inde concors noſcit huiuſmodi cantilena.

¶ Quare Quarta inter medium ſonum & acutiorem concordat: diſcordatq; inter medium & grauiorem. Caput Sextum.

Si ſexta per tertiā ſupra tenorē mediata quartā inter mediū terminum cōcorditer ſuſtinet & acutū: quoniā inter duas ipſas cōcordātias tertiā .ſ. & ſextā (quāuis īperfectas) diſpoſita ē ab ipſis tāq; minor a maioribus obūbrata. Id tamē noſcit etiā natura atq; arte deductū. Nāq; acutiores ſoni uelocioribus motibus generāt. Inde & grauioribꝰ quos tradior educit motus debiliores ſūt: ut prio ſecūdi theoricæ deſcripſimꝰ. Quare & ipſa uelocitate debilior effecta ī acutū latet diſcordātia q̄rtæ. Secus quū ī grauioribus cōcipit ſonis. Tūc. n. nota ē ad aures iniocūdā redit ſonoritatē ob motuū tarditatē: quā Boetius noſter primo Muſicæ grauioribus ſonis aſſerit ieſſe. Traditas. n. plus tēporis naturaliter ſibi uēdicauit q̄ cæleritas. Hīc pōt ī grauioribus ſōis āplius diſcordari: cōſequēterq; diſcordātia pcipi magis nota: qđ Ariſto. ē. xxi. problemate partis harmōice. Iccirco in grauibus ipſis ſonis quartæ huiuſmodi diſcordiā contrapūctus nō ſuſtinet.

Boetius

Ariſtote.

¶ De Conformitate & diuerſitate tertiæ & ſextæ. Caput ſeptimum.

Primas imperfectas ſimplices ordinis cōcordantias tertiā ſcilicet & ſextā in æquiſonātis octauæ diſpoſitiōe alterius cōſtat motibus cōcreari. Diſpoſitis nāq; duobus æque per octauā diſtātibus ſonis quaſi ī tenore cū cantu. ſi per ſextā remiſſus fuerit cātus tertia illico diſponitur ſupra tenorē intēſa. Quod cū in octauæ eiuſmodi diſpoſitiōe grauiorē chordā ſexta intēſam ptulerit: ad cātū itē ad tertiā ſubſtituet maiorē .ſ. uel minorē ſecundū diatonicā naturalēq; tenorē ac ſemitonoꝝ progreſſionē. Addo (qđ auctius eſt) mediū neruum in harmonica diapaſon cōſiſtētia diſpoſitum unico motu ambas ipſas generare ad extremos: nāq; quū per tertiā remiſſus fuerit tertiā efficiet ad grauiorē & ſextā ad acutiorē. Quū uero ſemitonio aut tono medius ipſæ ſonus fuerit itēſus tertiā ad acutiorē: & ſextā ad grauiorē cōprobabit. Remiſſus iſuper cātus ab octaua per tertiā maiorē uel minorē: ī ſextā illico minorē aut maiorē declinabit. Similiter & tenor quūm octauam ſonuerit ſub cantu ſi per tertiam aſcendat: ſextam probabit ad cātum. quod diligenter huius compoſitionis examine pernoteſcit.



¶ Id itē aduertendū eſt: q; ſi ſpecies ſiue cōcordātia cuius itēſiōe uel remiſſione altera ꝓducitur fuerit maior: puta tertia itenſa a tenore uel remiſſa a cātu: ꝓducta erit minor .ſ. ſexta: & ecōuerſo. quoniā in ipſa octaua pfecta quinq; tantum toni ac duo minora ſemitonia cōprahēdunt. Patet igit in ipſius octauæ diſpoſitione ex motu ſextæ tertiā facile generari: atq; ex tertiæ ductu ſextā cōcludi. Inde q; ambæ īperfectæ ſint unā eandēq; quodāmodo naturā & proprietatē ſeruare uident. Pre

diximus insuper in tertio capite regula ſeptima q3 tertia ad unisonū atq3 ad quintam: & ſexta ad octauā contrariis motibus aptiſſime ſeſe cōferūt: qua re in eptius unico deſcruntur motu. Hinc conſtāt tertiam & a duabus cōtiguis concordantiis perfectis (cōtrariis ab ipſa motibus) circunuēta ſit: quinta ſcilicet & uniſono ſuauiorem eē quā ſextam. hæc. n. & ſi ab octaua & a quinta circūſcripta eſt: ad ambas tamen contrariis motibus non procedit namq3 ſolo motu in quintam conuertit: q̄uis duobus cōtrariis ad octauā trāſcēdat. ut hic patet.



Rurſus ſexta magis participat de quita quā de octaua: quoniam quintæ ipſi propinquior eſt & contigua nulla enim intercidit uox media inter quintā & ſextam. Inter ſexta uero & octauā ſeptima uox naturaliter diſpoſita ē. iccirco ſexta ipſa ob octaua remotior q̄ntæ naturā magis participat. Cūq3 quinta lōge diſtet pfectione ab octaua. Sexta ipſa ipſius q̄ntæ participes iperfectionē obtinuit ſonoritatem quā tertia: quæ & quintæ & uniſoni (tanquā media ad extremos) participat perfectionem. Hæc enim cōtrariis (ut dictum eſt) motibus & ad quintam & adipſum uniſonum: cui octauæ perfectio ſimpliciter aſcripta eſt: primo ac ſtrictiore impetu noſcitur tranſmeare. quod ſubiectæ notularum comprobant deſcriptiones hoc modo.



¶ De Denominatione extremoꝝ ſonorum in concordantiis. Cap. VIII.

SNt & qui extremas concordatiarum chordas multimodis ſyllabarum uocalium denominationibus conſiderant: dicunt enim quum tenor pronunciatur ut cantus in uniſonum: ſimiliter ut modulabitur in tertiam mi & ſol in quintam: atq3 la in ſextam in ſingulo exacordo. Sed in octauam cātus ipſæ ſimiliter ut æquiſonabit ipſi tenori atq3 reliquas ſecundum huiuſmodi conſiderationem exiſtimant nuncupandas. Nos uero (& ſi in flore muſicæ hunc ipſum deſcripſimus ordinem) nulla tamen lege credimus id eſſe ſeruandum: quoniam neq3 æqualitas neq3 diuerſitas ſyllabarum: ſed propriis interuallis diſiūctæ extremitates ſonantium terminorum concordantias concludunt. Nam quum tenor in Γ ut dixerit ut. Cantus non modo poterit ut. in octaua exprimere ſecūdum diatonicam Guidonis inſtitutionem: uerꝝ etiam. ſol & re. in G ſolreut grauem. Vna quæq3 enim ſyllaba in G ſolreut graui diſpoſita: perfectam ad Γ ut æquiſonant octauam: uidelicet diapaſon conſonantiam. Similiter ad ſecundam chordam omnes poteris in introductorio concordantias ad decimamnonam uſq3 facile conducere. Nam quum in Are tenor quieuerit poterit cantus fa & ut in tertiam. ſ. in C faut. Et la ac mi in quintā in Elami grauem enunciare. Et fa in F faut in ſextam minorem. Atq3 la & mi ac re in Alamire in octauam perfectam. Atq3 item ſol & fa & ut in decimam in C ſolfaut: Et la atq3 mi in Elami acutam in duodecimam. Et fa in F faut acuta in tertiamdecimā. Atq3 la & mi & re in Alamire ſuperacutā in quintamdecimam. Et ſol & fa in decimamſeptimam in C ſolfa: Atq3 in decimā nonam la in Ela: quod præſentis figuræ diſcriptione notiſſime percipitur.


E fa
fa sol
to
20a ad ru e
19a ad r ut
19a ad Are
D sol fa
mi
to
se
17a ad r ut
17a ad Are
C fa
la mire
sol re ut
apo
se
to
15a ad r ut
15a ad Are
B fa ut
la mi
to
se
13a ad r ut
13a ad Are
12a ad Are
A la sol re
sol fa ut
to
to
12a ad r ut
10a ad Are
G mi
fa
la mi re
se
apo
se
10a ad r ut
8a ad Are
F sol re ut
fa ut
to
to
8a ad r ut
6a ad Are
E la mi
sol re
se
to
6a ad r ut
5a ad r ut
5 ad Are
D fa ut
mi
to
sei
3a ad r ut
3a ad Are
C re
ut
to
tone
unisonus
Vnisonus

¶ Atq; ad reliquas cõsimilis erit concordantiarũ inuicem consideratio: uidelicet non solius utrinq; syllabæ dispositione: sed proportionatis inuicem sonis per cõgruas interuallorum dimensiones.

Alterna itẽtiõe speciesq; atq; remissiõe diuersa cõtrapũcti disponũt elemẽta. c. IX.

NOn insup id cõgruũ eẽ puto qd exactius duximus explicãdũ: quẽ admodũ. s. elemẽtariæ cõtrapũcti species sibi iuicẽ i cãtilena solent cõmisceri: Q uũ. n. cãtus cũ tenore tertiã tenuerit: diuersitate motuũ cõputata: in unisonũ illico collabunt. Atq; rursus ex ipsa tertia diuersis itẽ motibus ad qntam psiliũt. Q uũ ãt cãtus p tertiã tenori suppositus unica itẽdit uoce remissus: tũc tenor p qntã octauã iuicẽ pficient: & ecõuerso: quũ. s. tenor in octaua cũ cãtu dispositus itendit p qntã & sola uoce cãtus remittit: ex octaua i tertiã suauiore trãsitu cõmeabũt. Ex octaua itẽ ad sextã diuersis motibus. & ex octaua ad qntã unico: uidelicet cantus motu per q̃rtã remisso: uel tenoris p diatessaron itenso peroptime pcedit. Vesq; ex sexta in tertiã organizãtis sono per q̃rtã remisso uel solius tenoris per q̃rtã ipsam itenso facile peruenit. Est. n. organizans ille qui acutiorẽ efficit cãtilenæ partem. Similiter item ex tertia intensus cantus per quartã ipsi tenori sextã respondebit. Q uod si tenor cum cantu in tertiam dispositus per quartã fuerit demissus: sexta pariter a cantu discedet: quæ hoc lucide disponitur harmento.



¶ Q uum autẽ ad reliq̃ contrapuncti elemẽta pcedere tẽtaueris: quod de tertia ad unisonũ diximus: hoc idẽ de decima senties ad octauã. Et qd̃ de octaua ad qntã: hoc de quintadecima ad duodecimã. Q uodq; de sexta ad tertiã hoc pariter de tertiadecima ad decimã. Atq; idẽ de cæteris in itroductorio supradictis. Verũ cõcordãtia pfectioni ascripta ad quã cõtrariis motibus organizãtes pueniũt suauior & delectabilior est quã si unico conciperẽt motu: quoniã diuersorũ sonorũ cõtrariis: motibus procedentiũ alter alteri festinat occurrere & cõcordi suauitate commisceri: qua commixtione concors contrapunctus generatur & producitur.

¶ De diuersitate figurationis sonorum in contrapuncto. Cap. X.

COncordes sonos in contrapuncto notulis cantus plani tãquã tenori ac relationis fundamento Musici diuersimode solent ascribere: Q uãdoq; enim notulas cantus siue etiam contratenoris: notulis cantus plani pro tenore dispositis æquifaciunt singulas singulis referendo: ac semibreues tantũ in mediũ deducẽdo. Hunc simplicem & planum contrapunctum appellãt: quoniã æqua tẽporis mensura notulæ omnes disponuntur: ut hoc notatur concentu.



CONTRAPVNCTVS TENOR

¶Q uandoq; etiã organizãtes ipſi ſemibreues ac minimas atq; reliquas diminutiores figuras notulis cantus plani commenſurant: has in menſura ſemibreuium diſponentes quem fractum ac floridum cõtrapunctum uocant: ut hic.



¶Q uãdoq; ſingulis tribus minimis duas ſeminimas poſtponẽtes cõtrapũctum notulis cantus plani regulari ordine aſcribunt hoc modo.



CONTRAPVNCTVS TENOR

¶Rurſus diuerſis figurarum numeroſitatibus organizantes ſuper notulas cantus plani contrapunctum diuerſimode modulantur ut hic conſtat.

CONTRA PVN. CTVS

TENOR



¶Modulantur item quãdoq; grauiore ſuccentu ſup notulas plani cãtus. Q uare ſane duximus cõcludendum contrapunctum diuerſis figuris ac ſpeciebus ſeu elementis (Legalium tamen mandatorum obſeruatione) poſſe cõſtitui quod organizantium atq; compoſitorum nouimus arbitrio eſſe committendum.

¶ De compoſitione diuerſarum partium contrapuncti. Cap. XI.

CAntilenarū quæ tribus aut quattuor cōſonis partibus componūtur cōtrapunctus hoc ordine cōſideratur. quum Tenor & Cantus octauam inuicem ſeruauerit. Contratenor in quintā ſupra tenorē: aut in octaua ſub tenore deductus: quāoptime ac ſuauiter cōcordabit. Quod ſi his tribus cōiūctis partibus aliū in cantilenā. Contratenorē in acutum coaptare tentaueris: in tertiā ſupra tenorē. uel (quod ſuauiori attinet harmoniæ) in quintā poteris collocare. Verū ſi in tertiā ſupra tenorem fuerit diſpoſitus. ad grauiorē contratenorē: decimā concordabit. ſi autē in quintam ab ipſo tunc Boritonante per duodecimā diſtabit. Boritonans. n. intelligitur pars ſeu proceſſus grauior in cōpoſitione cātilenæ qui & cōtra tenor grauis dicit a Vari quod eſt graue V mutata i B. quaſi grauiorē cantans cantilenæ partem cuius conſiderationis hoc proponitur exēplar.



¶ In hoc exemplo prima ſemibreuis acuti cōtra tenoris in tertiam ſupra tenorem cōſtituta per tertiā diſtat intēſa a prima Baritonātis & per ſextā remiſſa eſt ſub prima cantus. Ab hac autem diſtat prima Baritonātis per quintam decimam in graue. Atq; ita ex utriſq; bona deducitur cōcordia. Vltima uero ſemibreuis acuti cōtratenoris tenorem ſuperuadit acumine per quintam: diſtās ab ultima Baritonātis per duodecimam ſub ultima cantus per diateſſaron eſt remiſſa. qua re harmonica inde prouenit concordia. Verum quum Baritonans fuerit remiſſus per quintam ſub tenore: & cantus per ſextam aut octauam ab ipſo diſtet tenore i acumen. acutus tunc contratenor in tertiam ſupra Baritonantem ductus concordabit. ut ex prima ſequentis exempli ſemibreui percipitur. Suauiore tamen conſiſtētia mediabitur: ſi in octauam ſupra Baritonantem commeretur: ut in ultima huius exēpli notula pernotatur.



¶ Quod cum Baritonans octauam habuerit ſub tenore: cātuſq; quieuerit in tertiam ſupra tenorē: ita ut per decimā a Baritonāte diſtet in acumen: acutus contratenor poterit in quintā ſupra Baritonantē conſtitui: qui tunc a cantu per ſextā diſtabit in graue & per quartam ſub tenore: atq; ita cōcorditer ſeſe inuicem continebunt quod prima & ultima huius exempli notula luculde comprobatur.



¶Patet ita ex p̄miſſis rationibus atq; exemplis unāquāq; parte diuerſis motibus ad alias ſeſe in compoſitione referri ſecundum ſ. regulas & elementa contrapuncti: ita ut concorditer ſingulis ipſius cantilenæ partibus correſpondeat uſquæq; cum nulla plenam ducat diſſonantiam (præter quarā) quæ acutioribus ac mediis coniunctionum ſonis ſuauiter congruit: ut quinto capite prædictum eſt. Sexta inſuper in grauioribus ſonis plena ac ſtabili uoce plærūq; diſcordat: niſi illico ex ipſa in octauam immediate diuerſis motibus conueniāt quod aurium iudicio linquimus indagandum. Ac tertiædecimæ in grauioribus ipſis ſonis cōſimilis quādoq; percipitur diſcordia. Huiuſcæ rei cauſam eſſe credimus multitudinem temporis in grauioribus ſonis conſiſtentem: qua aſperitas & diſſonantia imperfectionis apertius auribus accedit afferens leſionem. Acutus igitur contratenor ac tenor ipſæ ſemper cum Baritonante debēt concordari. Ita ut quum ipſe contratenor acutus per octauam ab ipſo Baritonante in acumen fuerit diſiunctus: tenor ſupra Baritonantem per quintam aut per tertiam diſponetur. Quod ſi tenor octauam ſupra Baritonantem duxerit intenſam: tunc contratenor in tertiam ac ſuauis in quintā: octauæ huiuſmodi interuallum mediabit. Atq; ita altrinſecis diuerſarum ſpecierū uarietatibus partiū cantilenæ altera alteri in modulatione atq; deſcriptione commiſcetur. Poterit item Baritonans per quintam ſupra tenorem aſcendere: quum cantus ad tenorem octauam ſonuerit: cōcordabit tunc cōtratenor in tertiā ſupra tenorem diſpoſitus qui ab ipſo Baritonante tunc per tertiam diſcedit in graue: & per ſextam a cantu: ut in ultima ſequentis exempli notula percipitur. Item quum cantus decimam ſupra tenorem ſonuerit tunc Baritonans quintam ſupra tenorē melodice poſſidebit quum potiſſime acutus cōtratenor octauam a tenore duxerit intenſam: quod ex prima huius modulaminis notula clarius conſideratur.



¶Quod quum quintuplum ſeu quintam partem cōcordem quattuor ipſis uolueris apponere. ipſam diuerſis ſpeciebus ſecundū regulas ac mandata cōtrapūcti alternatim ac mutuum applicare procures.

¶De Conſimilibus perfectis concordantiis in contrapuncto cōſequenter tollerandis. Cap. XII.

CONſiderandū inſuper uidetur quot pfectæ ſpecies eiuſdē generis immobiles poſſint in cātilena cōſtitui. Quo circa plures octauæ ac plures quītæ immobiles cōueniūt in cōtrapūcto: atq; etiam plures ex reliquis perfectis immobiles plerūq; diſponunt. Quod ſi ex perfecta cōcordantia tenoris cū cantu uel cuiuſuis partis cū altera ad aliam ſibi ſimilē cōcordātiā pfectā intenſam aut remiſſam (interpoſita minimæ notulæ pauſa i una ipſarū cātilenæ partium) deueniat: nequaquā ſentio laudandū. namq; uident duæ perfectæ cōſimiles cōcordantiæ ſimul ac cōſequent aſcēdentes ſeu deſcendētes ob patuiſſimā minimæ taciturnitatis intermiſſionē. Vt ſi quū tenor & cātus in octauā diſpoſiti ſunt: cantus ipſæ prolata octaua pauſet p minimā (tenore nō pauſante ſiue etiā eadē pauſa pauſante) tūc alterā octauā præcedēte propter ipſā intentionē aut remiſſionē diuerſiſonam immediate ſubſequi nō decet: ob paruulā (quod prædiximus) temporis portionem interpoſitam: ut hoc peruidetur exemplo.



¶ In hoc exemplo omnes primæ notulæ in octauā poſite quā decenter diſpoſitæ ſunt: quia ſunt īmobiles (interpoſita etiam ſemibreui pauſa). Verū quinta cātus minima minimæ pauſam immediate ſequēs q; in octaua ſit cū tenore nō admittitur propter remiſſā octauā imediate præcedentē. Sunt & qui (interpoſita etiā pauſa) ſemibreui duas cōſimiles concordantias perfectas immediate aſcendentes aut deſcendentes nō admittūt: quāquam his cōplures diſſentiūt: quū pauſa ſemibreuis integrā temporis menſurā obſeruet. Cōdecenter item duæ aut plures ſemibreuium pauſæ duas cōſimiles cōcordantias perfectas cōſequenter aſcendentes aut deſcēdētes mediabūt ſiue in tenore ſiue in cantu ſeu etiā in cōtratenore aut i Baritonāte deductæ ſint. Quid iſup credendū cenſemus iis. q organizātibus obſtāt: ne plures quā tres ſemibreues in cantu uniſonas pronūcient? qđ propterea aſſeuerant: ne cantus uidcatur in tenorē cōuerſus ac tenor in cantū. hoc noſtra quidem ſententia ridiculū eſt. Solent enim perſæpe cantilenarū cōpoſitores tenorem atq; cōtratenorem diminutioribus pernotare figuris ac cantū tardioribus: quod recentiores frequentant: ut hic notiſſimo conſtat experimento.



¶ Eſt & celeberrimus quidā in cōtrapuncto proceſſus notularū uidelicet Baritonantis ad cantus notulas inſtitutus conſimilibus notulis per decimā inuicem precedentibus: tenore ad ſingulos cōcorditer cōmeāte: quē Tinctoris: Gulielmus: Guarnerii: Iuſquin: deſpret: Gaſpar: Alexander Agricola: Loyſet: Obrech: Bru-

Tinctoris. Gulielmus. Guarneriis. Iuſquin. Gaſpar. Agricola. Loyſet. Obrech. Brumel. Isaac.

mel: Isac: ac reliqui ioeundissimi cõpositores in suis cantilenis sepius obseruarũt: quod & præsentis concentus consideratione percipitur.



¶ De ficte musicæ contrapuncto. Caput Tertiumdecimum.

Ictas autẽ seu coloratas cõtrapuncti species quæ in monochordo chordulis ipsis singulos tonos diuidẽtibus cõsiderantur aliquantulũ prosequamur. Hæ enim q; cromaticha dimensiõe ducũtur coloratas demonstrant cãtilenas: quas & fictas dicũt. Est enim necessaria huiusmodi dispositio ad harmonici instrumẽti perfectionẽ: tum suauiori diatonici generis asperioris cõtẽperantia: tũ nõnullarũ cõsonãtiarũ perfectiõe i diatonico chordotono cõquirẽda. Atq; iccirco ad Musicã huiusmodi fictã triplici cõsideratiõe ꝓceditur: secundũ. s. chromatici generis dimẽsionẽ: secũdũ permixti generis demõstrationẽ: & secũdũ enarmonici generis diuisionẽ quæ omnes diatonici generis cõdensationes dictæ sũt & ornamẽta: sed horũ dimẽsiões in harmõica instrumẽtali mathematice duximus disponẽdas. In Diatonico autem Guidonis itroductorio Musica ficta unico toni monstratur interuallo: ubi uidelicet b mollis exacordum quartam disponit chordam fa quæ toniæam scindit distantiam inter A lamire & ▭ mi seu iter Mesen & Parameſen istar tetrachordi coniunctarum: quare & chordulas huiusmodi toniæa partiẽtes interualla signo b rotũdæ pernotare solent eas per syllabã fa ꝓnũciantes. Persæpe etiã plærisq; pronunciant sol sub la semitonii iteruallo: quũ potissime ꝓcedit̃ his notulis la sol la icipiẽdo in A lamire rursusq; in ipsam terminãdo: ut Salue regina. Atq; itẽ inter sol & fa incipiendo & terminando in G solreut hoc transitu sol fa sol: quod Ambrosiani plærunq; modulari solẽt. Non enim syllaba fa semitonium perficit: sed ipsa semitoniæi interualli dimensio duobus sonis circunscripta. Quum igitur in Exacordis Guidonicæ traditionis fictam hanc progressiõem quæsieris: acutores singulorum tonorum notulas maiore subtrahes semitonio: eas fa syllaba ac littera b rotunda describendo: permutatione ducente qua fit ex tono transitus in semitonium. Plærisq; autem singulis tonorũ iteruallis

Ambrosiãi

huiuſmodi uocē ſemitoniæam inſcribunt. Verū quum mi in fa permutatur locò ♮ quadræ b rotundā aſcribunt quū autē fa in mi b̄ loco rotundæ ♮ q̄drā ponūt. Inde ſi in Elami grauem permutauerit mi in fa: deponet fa maiore ſemitonio in graue: cuius Exacordū in ♮ mi grauē acquiret exordium. Quod ſi in C faut gra uē fa permutaueris in mi per trāſitum maioris ſemitonii in acutū. Exacordum huiuſmodi in Are initium aſſumet. Quum autē in ♮ mi grauem permutaueris mi in fa per tranſitum maioris ſemitonii in graue. Exacordum ipſum incipies in aquiſitam F faut tono ſub ⌐ ut depreſſam: qua re non incongruum eſt uocuum huiuſmodi conſiderationem Muſicam acquiſitā uocitare. Per reliquas item itro ductorii chordas conſimilem acquiſitorum exacordorum deduces coniunctionē. Quare & acquiſitas conſonantiarum ſpecies & tonos facile hac ficta muſica com peries acquiſitos. Sunt & qui appoſitione huius ſigni ♯ notulam cui apponitur deprimi uolunt minimo dieſeos interuallo: quod Enarmonici generis eſt. Eſt.n. Dieſis dimidium ſemitonii minoris interuallum duobus ſonis circūſcriptum. In fictæ itaq; Muſicæ cōſideratione Contrapunctus eiſdem qua ꝓpoſuimus manda tis procedit: iiſdemq; contexitur cōcordantiis: ut hac diſpoſitione percipi poteſt. Dieſis.



De falſo contrapuncto. Cap. XIIII.

FAlſum cōtrapunctū dicimus quū duo inuicē cāntores procedūt per diſſo nas cōiunctorū ſonorū extremitates ut ſunt ſecūda maior & minor q̄rta item maior & minor: atq; ſeptima & nona eiuſmodi: quæ ab omni peni tus ſuauis harmoniæ ratiōe & natura diſiūcte ſunt. Hoc eni utūtur Ambroſiani noſtri in uigiliis ſolemnibus martirū: & in nōnullis miſſæ mortuorū cāticis: aſſe rentes a diuo Ambroſio inſtitutū. Lugubrē quidē cantū: quo Eccleſia deploret effuſionē ſāguinis ſanctorū martirū: ac mortuorū ſuffragia (qđ abſit) nuſq; eni repperi ab ipſo mellifluo Ambroſio celebratū: quippe q (ut inquit Guido) quū eccleſiaſtica deſcriberet cātica in ſola dulcedine mirabiliter laborauit. Nōne ſim plicem ſecūdi & quarti atq; ſexti toni modulationē mœſtis & lacrimātibus cōgru ere cōſcriptū eſt? Quare a nōnullis potius introductū falſū huiuſmodi cōtrapun ctum exiſtimari licet. quos ignoratæ Muſicæ liuor oppreſſit: ut Guidonis ipſius ſentētia teſtatur. Multa autē uſurpātur nec tenētur regula. Quia tēpore a multo deſueuit Muſica: dū inuidia & torpor cūcta tollūt ſtudia. Proceſſus itaq; falſi con trapūcti: quē Ambroſiani ipſi ſequētē uocāt: eſt huiuſmodi. Solus qdem cantor acutiore uoce ꝓnunciat notulas cantus plani: duo uero aut tres ſuccinunt unico. Ambroſiāi Guido.

ſono notulas ipſas cãtus ſubſequẽtes in ſecundã & q̃rtã uiciſim certo ordine: quẽ quoniã ab omni modulationis ratiõe ſeiunctus eſt: me pudet deſcribere. Quandoq; incipiunt huiuſmodi ſuccentũ in uniſono cũ cantu plano ꝓcedẽs inde per ſecundas & quartas ad finem uſq; uel ad certam terminationem in quam uniſonãtes conueniunt. Plerumq; item in ſecundam uel in quartam incipiunt. In uniſonum uero ſemper terminantur. Cuius proceſſus hac notatur deſcriptione.



LETANIE MORTVORVN DISCORDANTES.



TENOR SVCCINCTVS

¶ Q uomodo ſe regere debet cantor dum cantat. Cap. VX.

POſtremo nouis cãtoribus inſtitutiõis admonitioniſq; cauſa duximus ꝓponendũ: ne inſolito & inhoneſto oris hiatu aut ridiculo forte cochino uoces proferant modulãdo: quũ potiſſime in diuinis miſteriis modulos aſſequũtur: reiiciant inſuper & uoces tremebũdas atq; perſtrepentes: ſunt enĩ ſibi ipſis eadem extenſiõe diſſimiles: quare cæteris uocibus proportiõabiliter ꝓpter cõtinuã ipſarũ inſtabilitatẽ cõcordantes eſſe non poſſũt. Decet item alterũ alteri uocẽ accomodare puta tenorẽ cantui: ne alter alterius clamoris exceſſu cõfundatur atq; ſuccũbat. Inde quũ uox tenoris cãtũ acutũ attigerit: facile q; cãtoꝝ uocibus cãtus tenori ipſi ꝓportiõe cõueniat poterit cõſiderari. Nãq; ut plurimũ tenor

cātui duplo ī graue ſubiacet iteruallo. Veꝝ ꝙ grauior ſit: maiore qđ ī ſe eſt tēpore tardus & fortis exiſtit. Cātus uero minore tēporis mora uelox ē & debilis, hic grauis acutū ceu fortis debilē ſuſtineat neceſſe ē nō clamor deuicat. Nō. n. harmoniā efficiūt cōfuſi & obūbrati ſoni: ſed extremii ac medii harmonica iuicē ꝓportiōe cōiūcti. Vox āt Baritonātis & acuti cōtratenoris pari iuicē & ad reliquos ꝓnūciatione ſe trāſierāt. Tenorē uero ꝙ cātū ſuſtinet & a Baritonāte ſuſtinet' fundamētū relatiōis dicūt: nāꝙ ab acuto cātu & grauibre Baritonāte circūſcriptis ē mediū obtinēs locū: Q ua re ipſum cōcorditer cōſpiciūt obſeruāt & uenerant'. Trahit. n. amboꝝ cōcordātiā ad ſeipſum: ac ſuiipſius ad alios cōfert. Neqꝙ decet ipſum gratulis fractiōibus diminui: qppe q ad reliquos ſingulis notulis cōcordantiās tenet. Plures enim ad alios ipſis figurarum diminutiōibus diſcordantias efficiet q̄ cōcordātias hinc inſuauiter ad aſtātium aures accedit: Inſolēs quoqꝙ & idecorus capitis: manuūue motus cātorē declarat iſanū. Nō. n. manus aut caput cōcordē ſonitū efficiūt: ſed uox bene modulata. Diſplicēt plāriqꝙ iprudēter cātātes qb⁹ ſe exiſtimāt placituros. Hæc eteni potiſſima fuit cā: cur relicto florido ac mēſurabili cātu Guido ipſe ad eccleſiaſticā ſe cōtulit modulationē. Is. n. (qđ egre reffero) de eis inqt. Tēporibus noſtris iter oēs hoies fatui ſunt cātores. Studeat inſup cātilenæ cōpoſitor cātus ſuauitate cātilenæ uerbis cōgruere: ut quū de amore uel mortis petitione aut q̄is lamētatione fuerint uerba flebiles ꝓ poſſe ſonos (ut Veneti ſolent) ꝓnūciet & diſponat. huic. n. plurimū cōferre exiſtimo cātilenā in q̄rto aut ſexto tono: ſeu ēt in ſecūdo diſpoſitā. qui quidē toni cū remiſſiores ſint noſcunt' huiuſmodi effectū facile parturire. Q uū uero uerba idignationē & icrepationē dicūt: aſperos decet ſonos & duriores emittere: quod tertio ac ſeptimo tono plerūqꝙ ſolitū ē aſcribi. Verū laudis & modeſtiæ uerba medios quodāmodo ſonos expetūt primo atqꝙ octauo tono q̄ decēter iſcripta. Sed tonoꝝ ipſoꝝ ꝓprietates atqꝙ potētias ī harmōia iſtrumētali copioſe deſcribere cōſtitui. Caueat poſtremo cātilenæ cōpoſitor tenorē aut Baritonātē ī cātilena ꝓ oēs notulas imobilē diſpōere. Nō. n. poteſt uox permanēs ad ꝓfectā cōcordātiā cōtrariis motibus acqrendā cū altera proportionabiliter cōuenire. iccirco ipſa nō cadit in ꝓceſſum cōcordantiæ auditū demulcētis Huiuſmodi. n. ſonitus in iſtrumentis ductus: ceu in utriculo quē uulgares piuā uocāt dicitur ternare. aut Philoſophum: apud uulgus uero Bordonizare. Nulla enim in eo fit intentione remiſſioneue mutatio. hinc nulla conſurgit delectatio. Verū ꝙ grauiſſimus ſit: acutiſſimos ipſius utriculi ſonos ac celeres ſuſtentat: ſiqdē dictū eſt acutos ſonos a grauioribus ſuſtineri & fortificari. Vtriculū eni ipſum uocāt piuam ab acutiſſimis eius ſonis qui ſemper uident' educere piui. Vernare eni Petrus apponenſis in elucidatione decimi problematis extē ſum eſſe ſonū. aſſerit nullius itentiōis: nulliuſqꝙ remiſſionis participē. Oportet iſup & Cythariſtam Lyricumue cōcentus exprimēdi gratia qui ex canoris fidibus ꝓuenit Lyræ uocibus uti: ac uocibus ipſis uoces ſuas alterna diuerſitate reddere conſonas: puta uel fidibus ipſis modulando tenorē: ac uoce propria cantum: uel ecōuerſo: ſiue etiam unius ſpiſſitudinem raritati alterius cōferendo ſiue uelocitatem tarditati ſiue acumen grauitati: ita ut unū omnino ſimul conſonū ſeruent: quod & artis ratione & ſeptimo legum. Diui Platonis inſtituto noſcitur obſeruandū. Is enim inquit uniuerſam rythmorum uarietatem eſſe Lyræ uocibus accomodandam.

Guido.

Philoſophus.

Petrus apponenſis.

Plato.

¶De diffinitione: & Diſtinctione proportionis. Cap. I.



Roportio apud Euclidē eſt duarū quātæcūq; ſint eiuſdem generis quātitatū certa alterius ad alteram habitudo. Verum alia rationalis: alia irratiōalis. Proportio rationalis eſt duarū cōmenſurabiliū quantitatū i diſcreto uel in cōtinuo ad ſe iuicem comparatio. In diſcreto quidem ut ſex ad quattuor ac reliquæ numerorū relationes quorū aliqua datur cōmunis menſura utrūq; eorū præciſe conducēs: nāq; binarius ter ductus ſenarium numerat: bis uero quaternarium: hinc ipſorū dicitur cōmunis mēſura. In cōtinuo uero ut linea tripedalis ad lineam bipedalem quarū ſemipedalis aliquotiens ſumpta ambas menſurās dicitur menſura cōmunis. Atq; in ponderibus quantitas nouem unctiarum ad ſex unctiarum quantitatē quarum pondus trium unctiarium noſcitur menſura cōmunis. Huiuſmodi quantitates in principio decimi. Euclides ipſe communicantes uocat. Irrationalis proportio eſt duarū quantitatū incommenſurabilium inuicem relatio: ut diameter quadrati ad coſtā eiuſdem quorum nulla reperitur menſura cōmunis ambas ipſas quantitates præciſe menſurans: quod in ſeptimæ proportionis decimi Euclidis expoſitione Campanus & Albertus in ſuis proportionibus notiſſime comprobant. has autē incōmēſurabiles quātitates Euclides ſurdas uocat. Veꝝ irrationalis huiuſmodi ꝓportio ab Arythmetica cōſideratiōe diſiungit̄ cum omniū numeroꝝ (qd̄ mathematici cōſentiūt) unitas ſaltē ſit menſura cōmunis. Nos autem irrationalitatē quandam harmonice cōſiderantes: & eas quæ conſona interualla in chordotono illaſa non mentiunt̄ in ſecundo tertii theoricæ irrationales ꝓpoſuimus (non incōgrue quidem) nāq; ipſaꝝ dimenſionū nulla dignoſcitur menſuræ cōmunis integritas: ut in harmonici inſtrumenti deſcriptione probabimus. Cum igitur Aryhmetica proportio in numeris conſtet. Geometrica in cōtinuis. Stereometrica in libratione ponderū: quæ & a nonnullis geometricæ aſcribitur. Muſica proportio (earum participes) mutua cōſideratiōe ꝓcedit. Ducibus nāq; numeris in chorda ſonora quæ continua eſt ſonos diſponit ut in quinto theoricæ ꝓpoſuimus: latiuſq; in eo opere dicemus quod harmonico inſtrumēto ſecundum diuerſa genera diſcripturi ſumus. Rurſus numerorū opera (quod præſentis loci eſt) ſonos complectitur ſecundum temporis ſucceſſionē. Inde duplicem proponimus muſicæ proportionis effectum: primū in ſonorū diſpoſitione per conſona interualla (quod theorici ē) alterum in ipſorū tpali quantitate ſonorū per notularū numeros: qui actiuæ ſeu practicæ aſcribit̄ cōſideratiōi. in quocūq; igit̄ genere ſermo noſter rōnali imorabitur proportione: quoniam in uniuſcuiuſq; proportionis terminis aliqua (Saltem unitas) cōſiſtit menſura cōmunis. Conſideratur plærūq; proportio & in potētiis ut Albertus & Ioannes Marlianus in ſuis proportionibus comprobant: plerūq; etiam in locis & temporibus ut Plato in Thimeo & omnis Philoſophorum ſchola conſentiunt inquantū: ſcilicet aliquid maius eſt altero uel ei æquale: quod proprium quātitatis eſt ut teſtatur Ariſtoteles in p̄dicamētis. Q ua re primo proportionem quantitati diſcretæ & continuæ: inde ſonis: locis: tēporibus: ponderibus:

Albertus
Io. Marlianus.
Plato
Philoſophi.
Ariſtote.

ac potentiis ineſſe neceſſũ eſt. Eſt & proportio æqualitatis duarũ quãtitatũ æqualium iuicem reſpectus ut duorũ ad duo: & lineæ bipedalis ad lineam bipedalem. Inæqualitatis autem proportio eſt duarũ inæqualium quantitatũ ad inuicẽ relatio ut quattuor ad tria. & lineæ tripedalis ad bipedalem. Harũ autem inæqualiũ proportionũ alia maioris inæqualitatis dicitur: quũ. ſ. maior quãtitas minori coæquatur per relatiõem. Vt quattuor ad tria. Alia minoris inæq̃litatis quũ minor quantitas maiori coæquat in relatiõe: ut tria ad q̃ttuor. Erit igit in cãtilenis iæq̃litatis proportio æquiualens maioris conſimilium notularũ numeri cum minore: uel minoris cum maiore in diuiſione & pronunciatione menſuratio: ut hic patet.

Quid ſit proportio in notulis



¶ Conſtat enim ex ſuperiore proportionis diffinitione (ut & in diſpoſitiõi cõcẽtu percipitur) figuras ſeu notulas omnes ſibi conſimilibus nomine & quantitate in quacũq; proportione comparari: puta ſemibreues minoris prolationis ſemibreuibus minoris prolationis: ac breues temporis perfecti breuibus temporis perfecti. Quod ſi ſecus diſpoſita fuerit proportio ut (exempli gratia) ſeſqualtera in acutiore concentus parte tres breues temporis perfecti connumerans duabus breuibus temporis imperfecti in tenore diſpoſitis abſurdam ſenties ſeſqualteram huiuſmodi conſiderationem cum tres ipſæ breues temporis perfecti duabus breuibus temporis imperfecti in quantitate diſentiant: nãq; ſi earum partes quæ inuicẽ in quãtitate conueniunt proportionabiliter conſpexeris: uidelicet nouẽ ſemibreues minoris prolationis quattuor ſemibreuibus eiuſdem minoris prolationis: non utiq; ſeſqualteram quæ propriis numeris ſignata eſt: ſed duplam ſeſquiquartã proportionem inuenies: atq; id idem proueniet cum tres maioris prolationis ſemibreues duabus minoris prolationis ſemibreuibus ſecundum ſeſqualteram ipſam duxeris coæquandas: quod præſens probat concentus:



¶Debet autem omnis proportio innumerabili notularū diſpoſitiōe ꝓpriis nūe-
rorum characteribus deſcribi: quo dubiū ac dilatio diſcretiois abſiſtat: nāq; ſi uni
co numeri caractere proportionē ſignaueris: pura ternario ſeſqualterā (quod alio
rum pace dixerim) ternarius ipſe non modo ad binariū ad quē ſeſqualterā mon-
ſtrat: ſed & ad unitatē i tripla: & ad quaternariū i ſubſequētia: atq; ad reliquos ſin
gulos pro inſtituētis arbitrio eodē modo poſſet cōparari. Sic igit̄ deſcribēdi ſunt
proportionū termini inter notulas: ut numerus alteratus ſupponat̄ recto ac præ-
cedenti termino hoc modo. iii. ſine clarius dixero nūerus reducibiliū notulaꝝ ſu-
perſcribatur nūero proxime. z. præcedētis nūeroſitatis ad quem reducitur. atq; ita
clara & notiſſima erit diſpoſita in cantilēnis proportio: quæ ueluti quū præceden-
tem temporis uel prolationis numeroſitatem reſpexerit: naturalem conſequetur
numerorū proportionabiliū cōſideratiōnē. ita quoq; ſi (uerbi gratia) inter notu-
las concentus acutioris aſcripta ſit ad alteriuſq; partis (puta tenoris) notularum
numeroſitatem deducta: eandem pariter naturalem numerorū diſpoſitionē imita
tione conſpiciet: Secus autem quum tenor & cōcentus diſpari fuerint quantitate
diſpoſiti. In reliquis quoq; cantilenæ partibus ad ſe inuicem conducendis. idem cō
ſiderandæ proportionis modus eueniat neceſſe eſt.

¶De Quinq; generibus ꝓportionū maioris & minoris inæqualitatis. Cap̄. ii.

MAioris inæqualitatis ꝓportio quinq; modis ꝓcedit: aut enim maior nu
merus minorē pluries cōpræhēdit præciſe & tunc. multiplex dicit̄ ut. vi.
ad. ii. &. iiii. ad. i. &. v. ad. i. Aut maior cōpræhēdit minorē ſemel & inſup
ipſius minoris unā aliquotā partē & dicit̄ Epimoria ſeu Superparticularis ut. iii.
ad. ii. &. iiii. ad. iii. &. v. ad. iiii. Aut maior cōtinet minorē ſemel & inſup unā ipſius
minoris partē aliquantā ex pluribus aliquotis ductā & dicit̄ ſuperpartiēs ut. v. ad
. iii. &. vii. ad. iiii. &. ix. ad. v. &. ii. ad. vi. Aut maior numerus cōtinet pluries mino
rem cū aliquota ipſius parte & dicit̄ multiplex ſuperparticularis. ut. v. ad. ii. &. vii.
ad. iii. &. ix. ad. iiii. Aut maior habet in ſe minorē pluries & unā partē nō aliquotā
pluribus tamē aliquotis factā & dicetur multiplex ſuppartiens ut. viii. ad. iii. &. xi.
ad. iiii. &. xiiii. ad. v. &. xi. ad. iii. Sunt enim quinq; huiuſmodi cōſideratiōes genera
lia proportionū noīa quibus infinitæ ſpecies cōueniunt ut ex tertio Theoricæ cō
ſtat̄ & in ſequētibus ſingillatim aperiemus. Harū aūt maioris inæqualitatis ꝓpor
tionū effectus notulas q̄bus præponunt̄ in cātilenis minuūt ſecundū ipſius pro-
portiōis naturā. Iccirco q; maior notularū numerus coæquat̄ minori. Sunt & mi
noris inæqualitatis ꝓportionū quinq; genera p̄dictis oppoſita iiſdem quoq; uoca
libus cū præpoſitiōe ſubnūcupata: ut Submultiplex: Subſuperparticulare. Sub-
ſuperpartiens: Submultiplex ſuperparticulare. Submultiplex ſuperpatiēs. Horū
autē & ſpecies ſunt ifinitæ quarū denominatiōibus nō incōgruit p̄poſitio ſub: ut
in ſequētibus declarabitur. Earū. n. ꝓprietas notulas quibus præponunt̄ adau-
gent ſecundū uniuſcuiuſq; naturā & effectum: quoniā igitur minoris huiuſmodi
inæqualitatis genera maioris inæqualitatis generibus opponunt̄: eandē ſapiunt
naturā incontrariā. ſ. conſiderationē: nāq; cōtrariorū eadē eſt diſciplina: Submul
tiplex enim opponitur multiplici. Subſumperparticulare ſuperparticulari & reli-
qua eodem modo. Notanter dicimus ſubmultiplex opponi multiplici: quia quod
unum efficit: oppoſito ſuccedēte deſtruit̄ ut his diſpoſitiōibus comprobatur. izi.

ccxxxii.cccliii.cclii.ccclxxxiii. ſunt enim extremi termini inuicem æquales:

¶ De Genere multiplici & eius ſpeciebus. Cap. III.

MVltiplex genus eſt quũ maior numerus cõparatus & ſuppoſitus minori cõpræhendit ipſũ intra ſe plures præciſe: ut bis uel ter uel quater & deinceps: ꝙ ſi bis maior cõtinet minorẽ dicit ꝓportio dupla ut.ii.ad.i.&.iiii. ad.ii.&.vi.ad.iii.hæc.n.prima ſpecies eſt multiplicis generis: in qua maior notularꝫ numerus æqualet minori: ita ut una quæq; notula maioris dimidia ſui quãtitate minuatur: figuratur enim in cantibus hoc modo: 2.4.6. quod præſentis concentus deſcriptione notatur. 1.2.3.



¶ Quod ſi ſubdupla proportio duplæ ipſi contraria eam fuerit inter notulas immediate ſubſequuta: nullo temporis ſigno interpoſito quod naturalẽ eius potentiã impediat: ipſa ſtatim dupla deſtruet & ſequẽtes notulæ ſecundum priorẽ (antecedentis.ſ.duplæ deſcriptionem) computabuntur numeroſitatem: propter extremorũ in ipſis ꝓportionibus oppoſitis diſpoſitam æqualitatẽ ut hoc probat exemplo.



¶ Deſtruitur item omnis proportio quum poſt proportionatas notulas fuerit ſignum temporis perfecti uel imperfecti diſpoſitum. Solent & nõnulli duplam ipſam proportionem ſola binarii numeri ziphra deſcribere: quod ratione de ſeſquitertia in primo capite dicta erroneum uidetur: cum proportio ſit duorum numerũ ad ſe inuicem conſideratio. Plerumq; autem per canonem & ſine numeris denota

tur in cãtibus proportio dupla: puta hac deſcriptiõe diminuitur in duplo ac reliquæ pariter multiplices congrua canonis annotatione. Quandoq; autem per æq̃lia ſigna in ſingulis partibus cantilenæ diſpoſita inæqualis deſcribitur proportio: ut exempli gratia: ſi notauero omnes cantilenæ partes uidelicet Concentũ Tenorem & Contratenorẽ uno eodemq; proportionis ſigno; puta ſub ſemicirculo qui imperfecti temporis ac binarie ſemibreuiũ connumeratiõis ſignũ eſt ſolo binarii numeri charactere pro dupla proportione diſpoſito: ut hoc concentu percipitur.



¶Sic enim ſummenda eſt huiuſmodi concentus conſideratio: ut notulæ acutioris ad tenoris uel contratenoris notulas uel econuerſo: ſecundum æqualitatis proportionem conſimili ſigno hincinde deſcriptam minime conducantur: uerum potius cuiuſcunq; partis notulas in duplo uelociores conſimilibus iperfecti temporis ſigno præſumptionis: tanquam præcedentibus in proportione cenſeo computandas: quod & Olreghem in cantilena Lautredantan diſpoſuit hoc modo.

Olreghem



¶Nec tamen ſolius numeri diſpoſitionem in proportionis demonſtratione non ægrefero: namq; prætactum eſt proportionem minus quam in duobus terminis non poſſe conſtitui.

¶De proportione tripla.

¶Tripla proportio ſecunda multiplicis generis ſpecies fit: quũ maior ſequentiũ notularũ numerus cõparatus & ſupperpoſitus minori p̃cedentium referẽ & coæquatur ipſi minori compræhendens ipſum ter in ſe p̃ciſe ut. iii. ad. i. &. vi. ad. z. & .viiii. ad. iii. & deiceps. In hac proportione tres notulæ æquiualẽt uni ſibiipſis nomine & quantitate conſimili. ita ut unaquæq; ipſarum trium diminuatur de duabus tertiis partibus propriæ quantitatis. Figuratur autem in cãtilenis hoc modo ; uel ſic 6 uel 9 quod præſens declarat concentus.

1 2 3



¶Quod ſi in figuris ſeu notulis poſt triplã ꝓportionẽ diſpoſita fuerit ſub tripla quæ ei contraria eſt: tripla ipſa mox deſtruet̃: & notulæ ſequentes ipſam ſubtriplã ad priorem notularũ quæ ſcilicet ante triplam fuerat reducentur cõſiderationem. Id quoq; ex ſingulis oppoſitis producitur: quũ ſeſe inuicem immediate ſubſequũtur: namq; extremorũ ſemper æqualitas pernotatur: ut hoc diſponit̃ concentu.



¶De proportione Quadrupla.

¶Quadrupla proportio tertia multiplicis generis ſpecies fit quũ maior ſeq̃ntiũ notularum numerus ad minorem precedentium numerũ relatus coæquatur ipſi minori: continens ipſũ quater præciſe: ut. iiii. ad. i. &. viii. ad. ii. &. xii. ad. iii. In hac enim proportione quattuor notulæ uni & nomine & quãtitate ſibiipſis conſimili computatur & æquiualent: ita ut ſingula quæq; ipſarũ quattuor minuatur de tribus quartis partibus ſui quãtitatiui ualoris. Et deſcribitur inter notulas hoc mõ. iiii. viii. xii. ut hac cõcentus diſpoſitione notatur.



¶ Diſpoſita autem immediate in notulis ſubquadrupla & quadruplæ contrariū operetur effectum mox quadrupla ipſa obruet: ut hoc conſtat exemplo.

CANTVS



TENOR



¶ De Proportione quintupla.

¶ Quintupla proportio quæ quarta multiplicis generis eſt ſpecies fit quum maior ſequentium notularum numerus minorem præcedentium in ſe comprehendit quinquies præciſe ipſi minori æquiualens in potentia: ut .v. ad .i. & .x. ad .ii. & .xv. ad .iii. In hac proportione quinq; notulæ æquiualent in pronunciatiõe ac temporis menſura uni ſibiipſis & nomine & quantitate: conſimili: ita ut unaquæq; ipſarum quinq; minuatur de quattuor quintis partibus propriæ potentiæ: atq; deſcribitur in notulis hoc modo. v. x. xv. ut hic patet.

1 2 3

CANTVS



TENOR



Nota. ¶ Erit quoq; & in cæteris proportionibus maioris inæqualitatis cuiuſcunq; generis generaliter admittẽdum unamquãq; notulam maioris numeri de tot propriæ numeroſitatis particulis eſſe minuendam: quot fuerint unitates in amborum terminorum differentia diſpoſitæ: ut exempli gratia: quoniam quinarius numerus ad unitatem proportionem quintuplam perficit: propria uniuſcuiuſq; unitatis in quinario comprehenſæ numeruſitas erit ipſa qũinaria ita ut unaquæq; earum in quinq; diminutas partiunculas diſtinguatur. At cum quinarii ad unitatem differentiam efficiat quaternarius ſingulæquæq; unitates quinarii de quartuor quintis partibus propriæ quantitatis æqualiter minuuntur. Eſtq; conſimilis in cæteris

adhibenda conſideratio. Diſpoſita autem in notulis per immediatam conſequentiam ſubquintupla ſubſequentes notulæ ad priorem remeabunt diſpoſitionem ut hic patet.



¶ De proportione ſextupla.

¶ Sextupla proportio quinta multiplicis generis ſpecies fit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus: eum in ſe compræhendit ſexies præciſe: & æquialet ei in quantitate & temporis menſura: ut. vi. ad .i. & .xii. ad .ii. & .xviii. ad .iii. Sex enim notulæ ſecundum hanc diſpoſitionem uni ſibi conſimili æquialent & coæquantur: ita ut ſingulæquæq; ipſarū ſex diminuãtur de quinq; ſextis partibus ſui quantitatiui ualoris. Deſcribitur enim in notulis hoc modo 6 12 18 quod hoc monſtratur exemplo.

1 2 3



¶ Si autem ſubſextupla proportio poſt ſextuplam fuerit immediate diſpoſita tũc ſextupla dirimetur: ut hoc conſtat concentu.



¶ De proportione ſeptupla.

¶ Septupla proportio ſexta multiplicis generis ſpecies fit quum maior ſequẽtiũ notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet eũ ſepties præciſe: æqualens ipſi in quantitate & menſura: ut. vii. ad. i. &. xiiii. ad. ii. &. xxi. ad. iii. Septem enim notulæ hoc modo commenſurantur uni ſibi conſimili ita ut unaquæq; ipſarum ſeptem diminuatur de ſex ſeptenis partibus ſui ualoris. Et figuraẽ in cantibus hoc modo 7 14 21 quod præſens concentus elucidat.

1 2 3



¶ Quod ſi poſt ſeptuplam fuerit immediate appoſita ſubſeptupla quæ ipſi oppoſita eſt: tunc ſeptupla ipſa deſtruetur ut hoc percipitur concentu.

¶De proportione octupla.

¶Octupla proportio quæ multiplicis generis ſeptima ſpecies ē in ordine: fit quū maior ſubſequentium notularum numerus ad minorem præcedētiū notularum numerum relatus comprehendit ipſum octies in ſe præciſe æquiualens ei in potētia. ut. viii. ad. i. &. xvi. ad. ii. &. xxiiii. ad. iii. Hæc enim proportio octo notulas uni ſibiipſis conſimili æquifacit: ita ut unaquæq; ipſarū octo minuatur de ſeptē octauis partibus propriæ quantitatis: & figuratur in cantilenis hoc modo 8 16 24 ut hoc conſtat exemplo. 1 2 3



¶Diſpoſita autem immediate poſt octuplam ſuboctupla: quoniam ipſi octuplæ oppoſita eſt: octupla ipſa mox euaneſcet: ut hic patet.



¶De proportione nonupla.

¶Nonupla proportio octaua multiplicis generis ſpecies: fit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus comprehendit eū nonies in ſe præciſe & coæquat ei in quantitate & menſura: ut. viiii. ad. i. &. xviii. ad. ii. &. xxvii. ad. iii. Nouem enim notulæ in hac proportione uni ſibiipſis cōſimili æquialēt ita ut ſingula quæq; ipſarū nouem de octo nonis partibus ꝓpriæ q̄ntitatis diminuatur. Et in notulis deſcribitur hoc modo 9 18 27. ut hic patet.

1 2 3

CANTVS

TENOR



¶Quod ſi ſubnonupla fuerit immediate nonuplam ſubſequuta : tunc nonupla ipſa obmuteſcet ut hoc percipitur concentu.

CANTVS

TENOR



¶De proportione decupla.

¶Decupla ꝓportio nona multiplicis generis ſpecies fit quum maior ſequentiū notularum numerus ad minorem p̄cedentium relatus continet ipſum decies præciſe & æquialet ei in potentia & menſura: ut .x. ad .i. & .xx. ad .ii. & .xxx. ad .iii. In hac enim proportione decem notulæ commenſurantur uni nomine & quantitate ſibi conſimili ita ut unaquæq; ipſarum decem diminuatur de nouem denis partibus ſui quantitatiui ualoris. Figuratur quidem in cantilenis hoc modo 10 20 30 quod hoc concentu notiſſime diſponitur. 1 2 3

CANTVS

TENOR



¶Subdecupla autem proportio poſt decuplam immediate diſpoſita ipſam corrumpit & deſtruit ut hac deſcriptione percipitur.



¶Sunt enim huius multiplicis generis ſpecies infinitæ: quas muſicorum diligentiæ relinquimus exquirendas.

¶De genere ſubmultiplici quod primum eſt minoris inæqualitatis & eius ſpeciebus. Caput Quartum.

SVbmultiplex genus quod primum eſt minoris inæqualitatis: fit quum minor notularum numerus comparatus & ſuperpoſitus maiori refertur ad ipſum maiorem pluries in eo præciſe cõpræhenſus: ut.i.ad.ii.&.i.ad.iii.&.i.ad.iiii.&.ii.ad.iiii.&.ii.ad.vi.&.ii.ad.viii.& deiceps. Coæquat.n.minor numerus maiori: ita ut ſingulæ minoris unitates augmentum ſuſcipiant de tot propriæ numeroſitatis particulis quot fuerint unitates terminorum differentiam conſtituens: ut uerbi cauſa.ſi ſubtriplam his numeris deduxero.iii.ad.viiii. quoniam ſenarius differentiam implet: unaquæq; unitas ternarii auget de ſex tertiis partibus propriæ quantitatis. Id quoq; euenit in cũctis minoris inæqualitatis generibus. Huius enim ſubmultiplicis generis infinitæ ſunt ſpecies. Prima eſt ſubdupla: ſecunda ſubtripla: tertia ſubquadrupla: quarta ſubquintupla: & deinceps.

¶De Proportione ſubdupla.

¶Subdupla proportio fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus continetur in eo bis præciſe æquiualens ei in quantitate & menſura: ut.i.ad.ii.&.ii.ad.iiii.&.iii.ad.vi. In hac enim proportione unaquæq; notula minoris numeri æquiualet & commenſuratur duabus ſibi nomine & quantitate conſimilibus ita ut duplum propriæ quantitatis acquirat: & deſcribitur in cantilenis hoc modo 1 2 3 quod hoc patet concentu.



¶ Solet plærũq; hæc ſubdupla proportio a cantoribus canonis deſcriptione probari: quũ aſcribitur creſcit in duplo: neq; aliter quam uel propriis characteribus: uel ipſo canone (quod nonnullorum pace dixerim) ſubduplam ipſam in cantilenis ſentio diſponendam. Verum cum dupla proportio ſubduplæ cõtraria ſit & oppoſita: ſi ſubduplã ipſam imediate fuerit ſubſecuta: mox ſub dupla ipſa euaneſcet & deſtruetur. quod præſens concentus demonſtrat.



¶ De proportione ſubtripla:

¶ Subtripla proportio fit quum minor ſequentiũ notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in ipſo ter præciſe æquipotens ei in quantitate: ut. i. ad. iii. &. ii. ad. vi. &. iii. ad. viiii. Hæc quidem proportio unãquãq; minoris numeri notulã tribus ſibi conſimilibus commenſurat: ita ut ſingulæ minoris numeri notulæ triplo ꝓpriæ quantitatis ſuccreſcant. Rurſus cum huius canonis deſcriptio creſcat in triplo poteſt in cantilenis cõſiderari. Figuratur autem

inter notulas propriis numerorum characteribus hoc modo 1 2 3 & deſtruitur a tripla ſibi oppoſita imediate ſubſequẽte ut hoc conſtat exẽplo. 3 6 9



¶ De proportione ſubquadrupla.

¶ Subquadrupla proportio fit quum minor ſequentium notularũ numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in ipſo quater præciſe æquiualens ei in potentia: ut. i. ad. iiii. &. ii. ad. viii. &. iii. ad. xii. In hac proportione una quæq; notula minoris numeri æquiualet quattuor ſibi conſimilibus: ita ut quadruplum propriæ quantitatis ſuſcipiat: deſcribit̃ enim in notulis hoc modo 1 2 3 Rurſus huius canonis deſcriptiõe. Creſcit in quadruplo poterit iterprætari 4 8 12 Deſtruitur item a quadrupla ſibi oppoſita: ut huius concentus conſtat pceſſu.



¶ De Proportione ſubquintupla.

¶ Subquintupla proportio fit quum minor ſequẽtium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus continetur in ipſo quinquies præciſe æquiualens ei in quantitate & menſura: ut. i. ad. v. &. ii. ad. x. &. iii. ad. xv. &. iiii. ad. xx. In hac proportiõe minor numerus coæquatur maiori: ita ut ſingulæ minoris numeri notulæ quintuplo propriæ quantitatis concreſcant. Conſideratur plærumq; hac canonis deſcriptione creſcit in quintuplo. In cantilenis autem deſcribitur hoc modo 1 2 3 atq; deſtruitur a quintupla ſibi oppoſita: quod præſens comprobat concentus. ſ 10 15.



¶ Reliquas uero ſubmultiplicis generis ſpecies conſimili conſideratione muſicorum ſolertiæ perquirendas relinquimus.

¶ De genere ſuperparticulari & eius ſpeciebus. Cap. V.

SVperparticulare genus quod ſecundum eſt maioris inæqualitatis dicitur quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium quem ſemel tantum cum aliquota ipſius parte comprehenditur noſcitur eſſe comparatus: æquiualens ei in potentia & temporis menſura. Pars aliquota eſt quæ aliquotiens ſumpta reddit ſuum totum præciſe: ut media quæ bis ſumpta ſuum integre numerum implet & tertia ter ſumpta. &

quarta quater & deinceps: quod quidē latius conſtat ex his quæ tertio Theoricæ deducta ſunt. Sunt enim huius generis ſpecies infinitæ: prima eſt ſeſqualtera: ſecunda ſeſquitertia: tertia ſeſquiquarta: quarta ſeſquiquinta & deinceps: quarum ordinem ac proceſſum concipies quum unūquēq; numerum minori ſibi cōtiguo & proximiori duxeris comparandū: ut ternarium binario: & erit ſeſqualtera. quaternarium ternario eritq; ſeſquitertia: quinarium quaternario ſeſquiquarta. ſenarium quinario ſeſquiquinta: & reliquæ eodem modo. In hoc enim genere euenit proportionem minoribus numeris ductam eē maiorem: minorem uero quæ maioribus numeris continetur ut ſeſqualtera. iii. ad. ii. maior eſt quā ſeſquitertia. iiii. ad. iii. hæc quoq; quam ſeſquiquarta. v. ad. iiii. atq; in reliquis eadem conſideratio reperitur: namq; dimidia pars maior eſt q̄ tertia. & tertia pars quartā uincit: atq; quarta quintam excedit: quanto autem ſeſqualtera ſuperat ſeſquitertiā: ac ſeſquitertia ſeſquiquartam: ac reliquæ reliquas. In harmoniæ inſtrumētalis deſcriptione per regulam generalem notiſſime deſcribemus. Verum huiuſmodi epimorias ſpecies ſingillatim naturali ordine proſequamur.

¶ De proportione ſeſqualtera.

¶ Seſqualtera proportio fit: quum maior ſequentiū notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet ipſum ſemel tantum & inſuper dimidiam ipſius partem æquiualens ei in quantitate & menſura: ut. iii. ad. ii. & .vi. ad. iiii. & ix. ad. vi. & .xii. ad. viii. In ha proportione tres notulæ cōmenſurantur duabus ſibi & nomine & quantitate conſimilibus: ita ut ſingula quæq; ipſarum trium diminuatur de tertia ꝑtiæ quantitatis parte: & figuratur in cantibus hoc mō ; 6 9 / 2 4 6 quod præſens declarat concentus.



¶ Eſt enī cōſiderādū: q; ſi illa pars qua notula in ꝑportione minuit. fuerit ipſius notulæ pars figurabilis: puta: tertia pars ſemibreuis in ꝑlatione pfecta (minima enī eſt) uel tertia pars breuis in tpe pfecto (eſt quidē ſemibreuis) uel q̄rta pars ſemibreuis in minori ꝑlatione (eſt. n. ſe minima) uel alio quouis mō facile diſcernentur & pronunciabuntur notulæ hmōi diminutæ ut hoc diſponitur exemplo.

CANTVS



TENOR



¶ Quod ſi quantitas ipſa qua unaquæq; notula maioris numeri diminuit non fuerit pars aliquota figurabilis ſui totius: puta ſi fuerit quinta pars unius ſcmibre uis quæ ſimplici nō aſcribitur figurarum conſiderationi tunc diminutiuæ ipſarū notularum quantitates quaſi quodāmodo certa continuatiōe iunguntur: ut pro pria uniuſcuiuſq; notulæ quantiras certo medio diſtinguente ab alterius quanti tate. haud facilē poſſit diſiungi. ſed ita (uerbi gratia) cōtinuatur alterutra quāti tas & menſura: quēadmodum accidit in chorda quæ in inſtrumento percutit dū torquetur: primus nāq; chordæ pulſus ſonum emittit grauiorem: dum autem tor quetur: ſonum ipſum continuat in acutum hoc quoq; ſane oculis cōtuemur: quū cæleſtis arcus colores inſpicimus: ſunt enim ita ſibiipſis proximi ut per continuā mutationem alterius: color in ſequentem nullo medio utroſq; diſtinguente uerta tur colorem. Solet plerumq; ſeſqualtera proportio in cantilenis abſq; numerorū characteribus denotari: quum ſcilicet notulis nigro uel alio colore plenis ſub im perfectis notularum quantitatibus pernotatur hoc modo.

CANTVS



TENOR



¶Verum ſolã ſemibreuẽ minoris prolationis plenã. uel breuẽ ſolã tpis impfecti: uel duas tãtum plenas: ꝙ ternariã non ſortiant diuiſionẽ nõ hæmiolia ſed dupla dimẽſione diſpoſuit Bonadies muſicus ꝓceptor meus. Quod quũ ſolas minimas nigro colore plenas ſeſq̃lteraueris: quoniã tunc nulla cadit deſcriptiõis ſeu figura tionis differẽtia inter ſeſqualteratas huiuſmodi minimas & ſeminimas ſimpliciter diſpoſitas: ſi oẽs ſecundũ ternariam diuiſionem ꝓceſſerint: dicentur minimæ ſeſqualteratæ. Si autẽ fuerint ſex tantũ minimæ plenæ: quæ & ſeſqualterari poſſunt & ſimpliciter ſeminimari: tũc ſi ſola eas recta ſeu uacua minima imediate præceſſerit cui duæ primæ minimæ plenæ poſſint cõnumerari: oẽs ſex ipſæ erũt ſeminimæ: ſimiliter quũ ſola minima uacua eas fuerit ſtatim ſubſequta. ꝙ ſi ſola minima uacua eas imediate nõ ꝓceſſerit uel ſequat: oẽs tunc erũt minimæ ſeſqualteratæ. Verũ quũ quinq; tm̃ fuerint minimæ plenæ: ac ſola minima uacua eis imediatè ꝓcedat: duæ tũc primæ plenæ erũt ſeminimæ tres uero ultimæ dicent minimæ ſeſq̃lteratæ: ꝙ ſi eas q̃nq; ſola minima uacua fuerit ſtatim cõſequta. tũc tres primæ plenæ ſeſqualterabunt: & duæ ultimæ erũt ſeminimæ: q̃ cõnumerant ipſi uacuæ minimæ ſubſequẽti. Q d̃ ſi ſeptẽ fuerint minimæ plenæ: tũc quattuor primæ ſemiminant: tres uero ultimæ ſeſqualterant ac de his præſens ſubiicit demonſtratio. Bonadies



¶Poterit tamẽ ꝓ ſincopã quãdoq; aliqua minima plena uel altera notula trãſferri: quæ & ſeſqualterationẽ ſuſcipiet: & quãdoq; a ſeſqualteratiõe diſcedet: qd̃ cõpoſitoris arbitrio diximus cõcedẽdũ. Illud interim eſt generaliter aduertendũ ꝙ diſpoſita in notulis plenis ſeſqualtera nõ debet ꝑpriis ſuorũ numerorũ characteribus deſcribi: ne forte in illud incõueniẽs duarũ ſ. ſeſqualterarũ ĩcideremus: ex q bus inuicẽ ſupductis nõ ſeſqualtera: ſed dupla ſeſquiquarta ꝓportio ꝓcreatur: ut his cõſtat numeris. viiii. vi. iiii. hoc autem ĩconſiderare poſuit Buſnoys incõtrate nore acuto de Sanctus in miſſa Lomearme: quẽ Tinctoris acriter reprehẽdit: ꝙ Buſnoys

notulis plenitudine ſeſqualteratis ternarii numeri characterem præpoſuerit quo ſeſqualteram ipſam conſiderare ſolebat hoc modo.



¶ Ego autem in dubiis id factum non damnarem: cum compoſitæ cantilenæ dū in medium afferuntur illico ſine dubitatione a cantoribus cognoſci debent atq; cantari: quod pleriq; fecerunt: non ipſo charactere proportionem ducentes: ſed notulas ipſas plenitudine ſeſqualteratas ad aliarum quæ dubiæ ſunt differētiam demonſtrantes: nam diſpoſitis ſex minimis plenis inter uel ante uel poſt plures minimas rectas & uacuas: quoniam & ſeſqualterari poſſunt & ſeminimari character ipſe ternarii: quum ſeſqualteratæ ſunt: ad huiuſmodi cognitionem congrue præponetur: uel ut nonnulli conſueuerunt ſubponetur: quod præſenti concentu lucide comprobatur.

CANTVS



TENOR

¶ Minimæ autem huiuſmodi ipſa plenitudine ſeſqualteratæ de uſu ſincopari nō ſolent: ſemibreues uero atq; breues huiuſmodi plenæ ſolent ſincopari frequētius. Eſt inſuper aduertendum: ut quū tres minimas plenas conſpexeris ſi ante eas uel poſt quarta fuerit minima huiuſmodi plena quæ per ſincopam ipſis tribus connumeranda ſit: tunc tres ipſæ erunt ſeminimæ & quarta ipſa ſeminima plena ipſis applicabitur in diuiſione: quod præſens demonſtrat concentus.



¶ Sunt & qui ſeſqualteram proportionē in notulis diſponunt exprimendā ſigno perfectæ prolationis. ſ. puncto interpoſito. ſigno temporis hoc modo O O nullā inter prolationē & proportionem differentiam ſentientes: quod potiſſime cōſideratio rationis cōfutare non diſtulit. nāq; tres minimas duabus æquifacit ꝓportio ſeſqualtera: perfecta autem prolatio tres ipſas minimas rectas unicuiq; cōfert: ſemibreui duabus non comenſurandas. hoc quidem non ſecus contingit quā in breui notula temporis perfecti quæ tris in ſemibreues reſoluitur non tamē coæquandas duabus ſemibreuibus in breui notula temporis imperfecti compræhenſis: quod quidem ſane aduertens diſpoſuit Gulielmus Dufay in. Et in terra pax: & in Patrem: & Vnam ſanctā catholicā miſſæ ſancti Antonii: ubi perfectam ſeu maiorem prolationē & tempus imperfectū ſignauit: tres enim rectas minimas unicuiq; cōtulit ſemibremi duabus nequaquā æqueductas. Idem quoq; rationabiliter poſuit Philippon de bourges ī quodam. Et in terra pax diſponens ſigno perfectæ ꝓlationis tres rectas & integras minimas unicuiq; ſemibreui: duabus minimis imperfectæ ſeu minoris prolationis inæquales. Tinctoris item: Aliiq; complures. Id propriis cantilenis recte declarant. Neq; aſſentio complurimorū corruptelæ qui quū ſolo ternarii numeri charactere ſeſqualteram deſcribūt in notulis tempus impfectum (quod abſurdum eſt) ꝓ perfecto. atq; pro maiore prolatiōe minorē poſuere: alterationem & perfectionē in notulis cōſiderantes quo facile conſpicitur ex diminutione proportionis deductū eſſe in notulis augmentū: ut hoc notatur exemplo.

Dufay

Philippon

Tinctoris





¶ Breuis enim perfecta & ſemibreuis alterata in ſolo tempore perfecto diſponi-
tur: cuius proprium ſignum eſt circulus. Semibreuem uero perfectam ac minimã
alterabilem ſola maior ſiue perfecta prolatio confert: huius proprium ſignum eſt
punctus in ſigno temporis affixus. In tempore autem imperfecto quod ſemicircu
lus declarat: breuis notula duas tantum ſemibreues ſemper poſſidet: ſiue recta: ſi
ue quauis proportione diminuta: niſi punctũ augmentationis ſuſceperit: ſed neq;
in eo ſemibreuis unquã alterationis ſuſcipit incrementũ. Atq; iccirco eodem ſen-
ſu neq; ſemibreuis in minori prolatione perfectionem acquiret neq; minima pote
rit alterari. Sunt & qui pauſas in ſeſqualtera proportione non minuunt ut ipſa ex
poſtulat proportio: exiſtimantes imperfectionem quandam ex ipſa proportione
deduci: quorum pace dixerim aliter conſiderandum eſſe proportionum diminu-
tiones: quibus & notulæ ſubiacent & pauſæ: aliter notularum iperfectiones quæ
connumeratione utplurimum tertiæ partis abſtractæ noſcuntur: ut in figurarum
tractatu latius duximus: tunc enim pauſæ non ſolent imperfici. Hoc quoq; de ſeſ-
qualtera proportione ac cæteris notandum uidetur: & quum notulæ proportiona
tæ perfectæ quantitati inſiſtunt: puta breues & ſemibreues proportionatæ in tem
pore perfecto atq; ſemibreues & minimæ in prolatione perfecta: poſſunt notulæ
ipſæ ſecundum perfectæ ſuæ quantitatis accidentiam uariari: nam & breuis uacua
ante breuem erit perfecta tris in ſemibreuis reſolubilis: duabus tamen iuxta pro-
portionis diſpoſitionem coæquatas: & ſecunda ſemibreuis inter duas breues alte
rabitur: rurſus ſemibreuis uacua in prolatione perfecta ante ſibi ſimilem tres mi-
nimas duabus conductas continebit: & ſecunda duarũ minimarũ inter duas ſemi
breues diſpoſitarum alterabitur. Atq; pauſas breuium & ſemibreuium ſecũdum
hanc conſiderationem conſtat eſſe perfectas: quod præſens declarat concentus.

CANTVS





¶Si autem proportio ſeſqualtera diſpoſita fuerit in notulis imperfectæ quãtitati ſubiectis omnes tunc notulæ & pauſæ ſemper erunt imperfectæ: ut ſi in tẽpore imperfecto aſcribatur ipſa ſeſqualtera tres breues duabus æquifaciens tunc unaquæq; illarum trium ſemper de tertia propriæ quãtitatis adimitur parte: atq; ſimiliter triũ breuium pauſæ pro duabus proportionabiliter in æquiualentia computantur: ita ut ſingula quæq; pauſa breuis diminuat̃ de tertia propriæ quãtitatis parte. Eritq; idem ſentiẽdum de tribus ſemibreuibus minoris prolationis & earum pauſis ſemper. n. in. ſeſqualtera proportione eas de tertia ſui parte cõſtat eſſe adimendas: ut præſenti exponitur concentu.



¶Inanis.n.eēt ſeſq̄lteræ ꝓportiōis i notulis diſpoſitio: ſi pauſæ & notulæ iꝑæ cōſi
mili diminutiōe nō cōſiderarēt. Oīs nāq; maioris iæq̄litatis ꝓportio i cātilenis de
ſcripta ſingulas notulas & pauſas ſecūdū ꝓpriā atq; naturalē eius potentiā pari ac
cōpetēte æq̄liter adimit ptē Mioris uero iæq̄litatis ꝓportio notulas pariter & pau
¶Multi itē ſignant ſeſq̄lterā ipſam notulis plenis diſpoſitā q̄ hæ- (ſas adauget.
mioliā uocant & ipſo iperfecti temporis & maioris ꝑfectionis ſigno ſic uerſo ↄ qđ
mea ſententia erroneū exiſtimo. Conſtat igit̄ ex his q̄ deducta ſunt ſeſqualterā in
notulis proportionē: ipſarū notularū plenitudine cōſiderari: quam potius dixero
diminutionē ſeſqualteræ ꝓportioni æquipolentē: ea enim deſtruit: quū notulæ
illico uacuæ ſubſequunt̄. Rurſus ꝓpriis numerorū characteribus quā ſubſeſqua
tera ſibi oppoſita immediate ſuccedēs deſtruere pnoſcitur: ut hoc ꝓbat̄ harmēto.

CANTVS



TENOR

¶ De proportione ſeſquitertia.

¶ Seſquitertia proportio fit quum maior ſequẽtium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet ipſum ſemel: & inſuper tertiã ipſius minoris partem equiualens ei in potentia & menſura: ut. iiii. ad. iii. viii. ad. vi. & .xii. ad. viiii. Hæc enim proportio quattuor notulas æquifacit tribus ſibi conſimilibus nomine & quantitate: ita ut ſingulæquæq; ipſarum quattuor diminuant̃ de quarta propriæ quantitatis parte. Figuratur autem in cantibus hoc modo 4 8 12. Et deſtruit̃ a ſubſeſquitertia ſibi oppoſita ipſam ſtatim ſubſequẽte quod 3 6 9 hoc concentu percipitur.



¶ Nonnulli ſeſquitertiam ipſam in notulis ſigno temporis ꝟperfecti ſiniſtrorſum ſic uerſo ↄ intelligi uoluerunt quos acerrime impugnat Proſdocimus patauinus in expoſitiõe breuis extractus Ioannis de muris. Quilibet in arte pratica: & Tinctoris in ſuo proportionum tractatu.

¶ De Proportione ſeſquiquarta.

¶ Seſquiquarta proportio dicitur quum maior ſequẽtium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus compræhendit ipſum in ſe ſemel & inſuper ipſius minoris quartam partem: æquiualens ei in quantitate & temporis menſura: ut. v. ad. iiii. &. x. ad. viii. &. xv. ad. xii. In hac enim proportione quinq; notulæ æquualent quattuor ſibi cõſimilibus ita ut unaquæq; ipſarum quinq; diminuatur de quinta parte ſuæ quantitatis: deſcribitur autem in cantilenis hoc modo 5 10 15 Atque deſtruitur a ſubſeſquarta ipſi ſtatim ſuccedente ut hoc probatur 4 8 12 concentu.



¶De Proportione ſeſquiquinta.

¶Seſquiquinta proportio fit quum maior ſequentiū notularum numerus ad minorem præcedentiun ductus continet ipſum ſemel & inſuper ipſius minoris quintam partem æquiualens ei in potentia & menſura: ut. vi. ad. v. &. xii. ad. x. &. xviii. ad. xv. Hæc enim proportio ſex notulas quinq; ſibi conſimilibus coæquat: ita ut ſingulæquæq; ipſarum ſex diminuantur de ſexta parte ſui quantitatiui ualoris. Figuratur enim in cantibus hoc modo 6 u 12 Et ſuccedente illico ſubſeſquiquinta ſibi oppoſita euanefcit quod preſens 5 10 15 declarat concentus.



De proportione ſeſquiſexta.

Seſquiſexta ꝓportio fit quū maior ſequētium notularū numerus minori præce dentium cōparatus comprahēdit ipſū ſemel & inſuper ſextā eius partē atq; æqua tur ipſi i temporis mentura. ut. vii. ad. vi. &. xiiii. ad. xii. &. xxi. ad. xviii. Septē enim notulæ æquiualēt ſex ſibi cōſimilibus in hac ꝓportione: ita q; unaquæq; ipſarū ſep tem minuit de ſeptima propriæ quātitatis parte. In cātilenis quidē deſcribit hoc modo 7 14 12 Et deſtruit a ſubſeſqſexta ſibi oppoſita ut hic cōſtat.

6 12 18



De proportione ſeſquiſeptima.

Seſquiſeptima proportio fit quum maior ſequentiū notularū numerus minori præcedentiū comparatus cōtinet eum ſemel & inſuper eius ſeptimam partē æqui ualens ipſi in potentia: ut. viii. ad. vii. &. xvi. ad. xiiii. &. xxiiii. ad. xxi. In hac ꝓporti one octo notulæ æquiualēt & cōmenſurātur ſeptē ſibi cōſimilibus: ita ut unaquæ q; ipſarū octo minuatur de octaua ſui ualoris parte. Figuratur autem in cantibus hoc modo 8 16 24 Q d' ſi ſubſequiſeptima fuerit eā illico ſubſecuta euaneſcet & deſtruetur 7 14 12 quoniā eius oppoſita eſt: ut hoc notatur exemplo.



TENOR

¶De proportione ſeſquioctaua.

¶Seſquioctaua ꝓportio ſit quū maior ſequentiū notulaꝝ numerus ad minorē ꝑcedentiū ductus æqualet ipſi: cōpræhēdens eū ſemel & ſuper octauā eius partē: ut. viiii. ad. viii. &. xviii. ad. xvi. &. xxvii. ad. xiiii. Hæc enim ꝓportio nouē notulas octo ſibi cōſimilib⁹ æquifacit ita ut ſingulæ quæq; ipſarū nouē diminuant̄ de nona parte ꝓpriæ quātitatis. Deſcribitur in cātilenis hoc modo 9 18 27 Et deſtruit̄ a ſubſeſquioctaua ſibi oppoſita ut hoc monſtratur cōcentu. 8 16 24

CANTVS



TENOR

¶De proportione ſeſquinona.

¶Seſquinona proportio ſit quū maior ſequentiū notulaꝝ numerus ad minorē præcedentiū relatus æque ducitur ipſi quē ſemel & inſuper nonā ipſius partē cōtinet: ut. x. ad. viiii. &. xx. ad. xviii. &. xxx. ad. xxvii. In hac. n. proportione decem notulæ æquiualent nouē ſibi cōſimilibus: ita ut unaquæq; ipſarum decē diminuatur de una ſuiipſius decima parte. Et figuratur in cātibus hoc modo 10 20 Deſtruitur inſuper a ſubſeſquinona ſibi oppoſita: ut præſens probat 9 18 cōcētus.



¶Reliquas autem huius ſuperparticularis generis ſpecies facile diligens cantor conſimili proceſſu poterit conſiderare.

¶De genere ſubſuperparticulari & eius ſpeciebus. Caput ſextum.

SVbſuperparticulare genus eſt quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus æquiualet ipſi in quãtitate & potentia compræhẽſus in eo ſemel cum una eius aliquota parte: ut. ii. ad .iii. &. iii. ad. iiii. &. iiii. ad. v. &. deinceps. Sũt. n. eius ſpecies infinitiuæ. Prima eſt Subſeſqualtera. Secunda ſubſeſquitertia. Tertia ſubſeſquiquarta. Quarta ſubſeſquiquinta & deiceps: de quibus ſingillatim eſt dicendum.

De proportione ſubſeſqualtera:

¶Subſeſqualtera proportio fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in eo ſemel tantum & inſuper ipſius minoris pars dimidia: & æquiualet ipſi maiori in potentia & temporis menſura: ut. ii. ad. iii. &. iiii. ad. vi. &. vi. ad. viii. & deinceps: in hac proportione duæ notulæ æquiualent & commenſurantur tribus ſibi conſimilibus. ita ut unaquæq; ipſarum duarum augeatur de dimidia propriæ quantitatis parte. Figuraſ enim in cantilenis hoc modo 2 4 6 Et deſtruitur a ſeſqualtera ſibi oppoſita eam illico ſubſequẽte: ut hoc 3 6 9 concentu percipitur.

CANTVS

TENOR



¶De proportione ſubſeſquitertia.

¶Subſeſqtertia ꝓportio fit quū maior ſequētiū notulaꝝ numerus ad maiorē p̄cedentiū relatus ſeruatur in eo ſemel cū tertia ipſius minoris parte: & æqualet ipſi maiori in temporis mēſura: ut. iii. ad. iiii. &. vi. ad. viii. &. viiii. ad. xii. & deiceps. In hac proportione tres notulæ æquiualēt & cōmenſurant̄ q̄ttuor ſibi & nomine & quātitate cōſimilibus, ita ut ſingulæ quæq; ipſaꝝ triū tertiæ partis propriæ quantitatis ſuſcipiat augmentū. Figuratur uero in cātilenis hoc modo 3 6 9 Et deſtruit̄ a ſubſequēte ſeſquitertia ſibi oppoſita: quod præſenti concipitur 4 8 12 exemplo.

CANTVS

TENOR



¶De proportione ſubſeſquiquarta.

¶Subſeſquiquarta proportio fit quum maior ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus compræhenditur in ipſo ſemel & iſuper quarta ipſius minoris pars & æquialet ipſi minori in quantitate & menſura: ut.iiii. ad.v.&.viii.ad.x.&.xii.ad.xv.Hæc enim proportio quattuor notulas quinq; ſibi conſimilibus æquat:ita ut unaquæq; ipſarum quattuor augeatur de quarta proprii ualoris parte. Et deſcribitur in notulis hoc modo 4 8 12 Deſtruitur autem & euaneſcit quum ipſam imediate fuerit ſubſequuta 5 10 15 ſeſquiquarta qđ præſens exprimit concentus.



¶De proportione ſubſeſquiquinta.

¶Subſeſquiquinta proportio fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus continetur in ipſo ſemel & iſuper ipſius minoris quinta pars:& æquialet ipſi maiori:ut.v.ad.vi.&.x.ad.xii. &.xv.ad.xviii. & deinceps. Hæc enim proportio quinq; notulas ſex ſibi & nomine & quãtitate cõſimilibus coæquat:ita ut unaquæq; ipſarum quinq; quintæ ſui ualoris partis ſuſcipiat incrementum. Figuratur autem in notulis hoc modo 5 10 15 Atq; deſtruitur a ſeſquiquinta ſibi oppoſita: quod præſens exponit 6 12 18 concẽtus.



¶ Reliquas huius ſubſuperparticularis generis ſpecies diligentiæ muſicorum relinquimus perquirendas. Quieſcas interim iocundiſſimæ cantor ſi in alicuius proportionis diſpoſitione perfectum repericris notularum numerum. Plerumq; .n. quē nō diſponimus in ſemibreuibus cōſiderabis in minimis. Rurſus ꝓportionū quæ ſola præcedentium deſtructione ſignantur in notulis numeroſitatē quādoq; cauſa breuitatis imperfectam conſpicies ac temporalem notularum in tenoribus computationem uel ſuperfluam eiuſdem rei gratia uel diminutam.

¶ De Genere ſuperpartienti & eius ſpeciebus. Cap. VII.

SVperpartiens genus quod tertium eſt maioris inæqualitatis fit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentiū relatus continet ipſum in ſe ſemel tantum & iſuper unam ipſius minoris aliquantam partem ductam ex pluribus aliquotis: & ipſæ maior minori coæquatur in potētia & temporis menſura. Quod quū illa pars minoris aliquāta quæ & amborum terminorum exceſſus & differētia eſt duas dicti minoris monſtrauerit partes: erit proportio ſuperbipartiens. ſortiē & illud magis ſpecificū nomē ut ſi ipſæ duæ minoris partes aliquotæ: fuerint partes tertiæ: dicet̄ proportio ſupbipartiens tertias: ut. v. ad. iii. Si autem fuerint quintæ partes dicetur proportio ſuperbipartiens quinta: ut. vii. ad. v. Quod ſi ſeptimæ partes fuerint dicetur ſuperbipartiēs ſeptima: ut. viiii. ad. vii. Quum autē pars illa aliquāta minoris qua maior ipſum uincit minorem tres eius minoris aliquotas monſtrauerit: erit proportio ſupertripartiens: magis autem ſpecifice nominatur: ut ſi illæ tres aliquotæ minoris partes fuerint ipſius partes quartæ dicetur proportio ſupertripartiens quartas: ut. vii. ad .iiii. Si uero fuerint partes quintæ dicetur ſupertripartiens quintas: ut. viii. ad. v. Si ſeptimæ partes fuerint erit ſupertripartiens ſeptimas: ut. x. ad. vii. Quod cum illa terminorum differentia quæ minoris pars dicitur aliquanta quattuor aliquotas ipſius minoris partes continuerit: dicetur proportio ſuperquatripartiens. Eſt tamen ei aliud magis ſpecificum nomen: ut quum. ſ. unaquæq; illarum quattuor aliquotarum partium fuerit ipſius minoris pars quinta dicetur proportio ſupqua tripartienſquintas: ut. viiii. ad. v. Si autē illæ q̄ttuor partes fuerint ipſius minoris partes ſeptenæ dicetur proportio ſuperq̄tripartienſeptimas: ut. xi. ad. vii. &. xxii.

ad.xiiii.Atq; in reliquis consimilis est considerationis modus.In hoc isuper sup-
particienti genere hoc naturaliter euenit q; proportio a pari numero partiẽtem ac-
quirens denominationem:partitas imparis numeri scilicet minoris partes conue
niet.ut si fuerit superbipartiens tertias hoc modo.v.ad.iii.namq; partiens nume-
rus scilicet amborum excessus:binarius est par:hinc superbipartiẽs:partitas uero
sunt duæ ipsæ tertiæ ternarii imparis partes:inde superbipartiẽs tertias nominat'.
Partiens uero numerus impar:partitas numeri paris partes consequitur: ut:vii.
ad.iiii.supertripartiens quartas:nã partiens est ternarius ipar:iccirco supertripar-
tiens dicit' partitæ uero partes quaternarii paris:ex quo supertripartiens q̃rtas uo
catur.Plerumq; itẽ & partiens numerus impar partitas imparis numeri partes in-
sequitur:ut.x.ad.vii.supertripartiẽs septimas.Quod si partiens numerus & parti
tæ partes secundum paris numeri denominatiõem cõsiderentur:non insuperpar
tientem:sed in epimoriam conuenient habitudinẽ:ut.vi.ad.iiii.non enim dicitur
superbipartiens quartas:sed sesqualtera:&.viii.ad.viiii.non superbipartiens sex-
tas:sed sesquitertia.Quũ igitur excessus seu differentia terminorũ cuius uis pro-
portionis fuerit.minoris termini.pars aliquota(ac si plures quoq; ipsius minoris
aliquotas cõtineat partes)proportio ipsa non in superpartienti:sed in supparticu-
lari genere cõsideranda est:ut.viiii.ad.vi.non enim dicit' supertripartiens sextas:
sed sesqualtera:cum maior minorẽ semel insuperq; ipsius minoris dimidiã q̃ & tri-
bus sextis eius partibus ducta est:contineat partẽ.Huius ãt superpartientis gene-
ris infinitæ sunt species.Prima enim est superbipartiens.Secũda supertripartiens.
Tertia superq̃tripartiẽs.Quarta supquincupartiens.Quinta supersexcupartiẽs.
sicq; est ad infinita processus.In naturalibus ãt numeris primæ ipsæ tãquã radices
hoc ordine considerantur.Prima.n.ex terminis producitur quibus solus terminus
interiacet:ut.v.ad.iii.est.n.horũ medius q̃ternarius.&.vii.ad.v.quoq; medius ẽ
senarius.Terminos.n.in hac cõsideratione numeros uocamus.Secũda duos iter
mittit numeros.ut.7.ad.4.sunt.n.itermissi numeri quinarius & senarius.Quod
si ex.8.ad.5.cõsurgat intermittunt' senarius & septenarius.Tertia species tres nu-
meros propriis terminis intermittit.ut.9.ad.5.quoq; medii sunt senarius:septena
rius:& octonarius.Et.xi.ad.7.horum medii sunt octonarius:nouenarius:& dena
rius.Quarta inter extremos eius terminos quattuor claudit numeros:ut.xi.ad.6.
quoq; medii sunt septenarius:octonarius:nouenarius:& denarius:&.12.ad.7.ho-
rũ.n.medii sunt octonarius:nouenarius:denarius:& undenarius: atq; ita quota
fuerit huiusmodi species in ordine tot erunt inter eius terminos iterjecti numeri:
ut si prima fuerit species:unus erit inter eius terminos interiecti numerus.si secun
da duo numeri ipsis terminis itercludẽtur.si tertia tres.si quarta q̃ttuor.si quinta
quinq; ac deinceps.Vt prima supbipartiens unũ claudat inter terminos numerũ.
Secunda supertripartiens duos monstras numeros inter terminos contineri.Ter
tia superq̃tripartiens tres numeros ꝓpriis itercipit terminis.Quarta supquincu-
partiens:cuius termini quattuor intercipiunt numeros huiusmodi & reliquæ in
simpliciori & naturali numeroq; dispositiõe ꝓcedũt.Dicũt' ãt hæ species subalter
næ:nãq; in uim generis transeunt:hinc & a nõnullis ponuntur ut genera: cum su-
perbipartictiũ alia sit superbipartiens tertias:ut.v.ad.iii.alia superbipartiens quin-
tas:ut.vii.ad.v.alia superbipartiẽ septimas:ut.ix.ad.vii.& deiceps:quas q̃dẽ spe-

cialiſſimas ſpecies dyalecti uocant.Supertripartientium ſimiliter. Alia ſupertri-
partienſquartas:ut.vii.ad.iiii. Alia ſupertripartienſquintas:ut.viii.ad.v. Alia ſu
pertripartiens ſeptimas:ut.x.ad.vii. Item ſuperquatripartientium alia ſuperqua-
tripartiens quintas:ut.ix.ad.v. Alia ſuperquatripartiens ſeptimas: ut.xi. ad.vii.
Alia ſuperquatripartienſnonas: ut. xiii. ad. ix. Superquincupartientium item
alia ſuperquincupartiens ſextas:ut.xi.ad.vi. Alia ſuperquincupartiens ſeptimas:
ut.xii.ad.vii.Alia ſuperquincupartienſoctauas:ut.xiii.ad.viii.atq; eodem modo
ſpecies huiuſmodi ſuperpatientes in genera conuertuntur alias atq; quodam mo
do infinitas ſpecies producendo.Eſt enim genus multarum aggregatio ſpecierū
unam eandemq; naturam diuerſimode participantium.Species uero dicit quan
titas ſpecialis & qualitas generis.ſed de his ſeries ſic deſcribatur.

¶De proportione ſuperbipartientetertias.

¶Supbipartienſtertias proportio fit quū maior ſequentiū notularū numerus ad
minorē relatus continet eū ſemel & inſuper unā aliquantā ipſius minoris partem
ex duabus tertiis partibus factā & æquialet ipſi minori:ut.v.ad.iii.&.x.ad.vi.&
xv.ad.ix. In hac enim proportione quinq; notulæ æquialent & cōmenſurantur
tribus ſibi conſimilibus:ita ut unaquæq; ipſarum quinq; de duabus quintis par-
tibus propriæ quantitatis diminuatur. Figuratur autem in cantilenis hoc modo
5 10 15 Et deſtruitur a ſubſuperbipartientetertias ſibi oppoſita quod præſente
3 6 9 probatur concentu.

CANTVS

TENOR



¶De Proportione ſuperbipartientequintas.

¶Superbipartienſquintas proportio fit quum maior ſequentium notularū nu-
merus ad minorem præcedentium ductus æquialet ei comprahendens ipſum ſe
mel & ſuper duas ipſius minoris quintas partes: ut.vii.ad.v.&.xiiii.ad.x.&.xxi.
ad.xxv.In hac proportione ſeptem notulæ æquantur quinq; ſibi & noſe & quan-
titate cōſimilibus:ita ut ſingulaquæq; ipſarū ſeptem diminuatur de duabus ſepte
nis partibus propriæ potentiæ.Deſcribitur.n.in notulis hoc modo.vii.xiiii.xxi.
Atq; deſtruitur a ſubſuperbipartientequintas proportione quæ ei 5 10 15 op
poſita eſt.ut hoc concentu facile conſideratur.



¶De proportione ſuperbipartienteſeptimas.

¶Superbipartiens ſeptimas proportio ſit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus æquialet ipſi continens eum ſemel & inſuper duas eius ſeptimas partes: ut.viiii.ad.vii.&.xviii.ad.xiiii.&.xxvii. ad xxi. Hæc enim proportio æquat nouem notulas ſeptem ſibi cõſimilibus ita ut ſingulæquæq; ipſarum nouem diminuantur de duabus nonis partibus proprii ualoris. Figuratur quidem in cantibus hoc modo 9 18 27 Atq; deſtruitur a ſubſuperbipartienteſeptimas ſibi oppoſita: ut hoc. 7 14 21 percipitur concentu.



¶De proportione ſupertripartientequartas.

¶Supertripartienſquartas proportio ſit quum maior ſequẽtium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus compræhendit eum in ſe ſemel & inſuper tres quartas ipſius minoris partes: & æquialet ipſi in potentia: ut.vii.ad.iiii. &.xiiii.ad.viii.&.xxi.ad.xii. In hac proportione ſeptem notulæ æquialent & cõmenſurantur quattuor ſibi conſimilibus: ita ut unaquæq; ipſarum ſeptem diminuatur de tribus ſeptenis partibus ſuæ quantitatis. Et figuratur in cantilenis hoc modo 7 14 21 Deſtruitur autem a ſubſupertripartientequartas ſibi oppoſita; ut hic 4 8 12 patet.

CANTVS

TENOR



¶De proportione ſupertripartientequintas.

¶Suptripartienſqntas ꝓportio fit quū maior ſequētiū notulaꝝ numerus cōparatus minori p̄cedētiū cōtinet eū ſemel & iſup tres qntas ipſius minoris partes æqualēs ei in potētia: ut. viii. ad. v. & .xvi. ad. x. & .xxiiii. ad. xv. In hac ꝓportiōe octo notulæ cōmēſurant̄ qnq; ſibi cōſimilibus: ita ut ſingula q̄q; ipſaꝝ octo diminuat̄ de tribus octo uis ptibus ꝓpriæ quātitatis. Figurat̄ .n. in cātibus hoc mō 8 16 24
Atq; deſtruitur a ſubſupertripartientequintas ſibi oppoſita: ut hic cōſtat. 5 10 15

CANTVS

TENOR



¶De proportione ſupertripartienteſeptimas.

¶Suptripartiens ſeptimas ꝓportio fit quū maior ſequētiū notulaꝝ numerus ad minorē p̄cedētiū relatus cōtinet eū ſemel & iſup tres ipſius minoris ſeptimas ptes & æqualet ipſi minori: ut. x. ad. vii. & .xx. ad. xiiii. & .xxx. ad. xxi. Hæc nāq; ꝓportio decē notulas æq̄t ſeptē ſibi cōſimilibus ī tēporis mēſura: ita ut unaq̄q; ipſarū decē minuat̄ de tribus denis ptibus ſui ualoris. Deſcribit̄ ār ī notulis hoc mō 10 20 30
Inſuper deſtruit̄ a ſubſupertripartienteſeptimas ſibi oppoſita: ut hic. 7 14 21

CANTVS





¶De proportione ſuperquatripartientequintas.

¶Supquatripartienſquintas ꝓportio ſit quū maior ſequētiū notularū numerus ad minorē p̄cedētiū ductus cōpræhēdit cū ſemel & iſup q̄ttuor q̄ntas ipſius minoris ptes: & æqualet ipſi minori: ut. viiii. ad. v. & .xviii. ad. x. & .xxvii. ad. xv. Hæc. n. ꝓportio nouē notulas q̄nq; ſibi cōſimilibus cōmēſurat: ita ut unaquæq; ipſarum nouem diminuatur de quattuor nonis partibus propriæ quātitatis. Figuratur autem in cantibus hoc modo 9 18 27 Et deſtruitur a ſubſuperquatripartientequitas ſibi oppoſita: ut hoc 5 10 15 monſtratur concentu.



¶De proportione ſuperquatripartienteſeptimas.

¶Supquatripartiēſſeptias ꝓportio ſit quū maior ſequētiū notulaꝝ numerus ad minorē p̄cedētiū relatus cōp̄hēdit eū ſemel & iſup q̄ttuor ſeptias ipſius minoris ptes: ut. xi. ad. vii. & .xxii. ad. xiiii. & .xxxiii. ad. xxi. In hac ꝓportiōe undeci notulæ æq̄ualēt ſeptē ſibi cōſimilibus: ita ut una q̄q; ipaꝝ undeci dimiuat̄ de q̄ttuor undēis ptibus ꝓpri ualoris. Figurat̄. n. i cātibus hoc mō 11 22 33 Deſtruitur item a ſubſuperquatripartienteſeptimas ſibi oppoſita 7 14 21 ut pñs ꝓbat cōcētus.



¶De proportione ſuperquatripartientenonas.

¶Superquatripartienſnonas proportio fit quum maior ſequentium notulaꝝ numerus cõparatus minori præcedentiũ cõtinet eum ſemel & inſuper quattuor eius nonas partes & coæquatur ei: ut. xiii. ad. viiii. &. xxvi. ad. xviii. &. xxxix. ad . xxvii. Hæc enim ꝓportio tredecim notulas cõmenſurat nouem ſibi conſimilibus: ita ut unaquæq; ipſarum tredecim diminuatur de quattuor tertiiſdecimis partibus proprii quãtitatiui ualoris. Figuratur. n . in notulis hoc modo 13 26 39 Deſtruitur uero a ſubſuperquatripartientenonas ſibi oppoſita ut 9 18 27 hic.

CANTVS



TENOR



¶De proportione ſuperquincupartienteſextas.

¶Supquincuptiẽteſextas ꝓportio fit quũ maior ſequẽtiũ notulaꝝ nũerus ad minorẽ p̃cedẽtiũ ductus cõtinet eũ ſemel: & iſup unã eius aliquãtã ptẽ factã ex qnq; ſextis ptibus ipſius minoris: ut. xi. ad. vi. &. xxii. ad. xii. &. xxxiii. ad. xviii. In hac ꝓportiõe undeci notulæ æqualẽt & cõmẽſurantᵉ ſex ſibi & noie & q̃titate conſimilibus: ita ut ſingulaquæq; ipaꝝ undecim diminuatᵉ de qnq; undenis ptibus ꝓpriæ q̃titatis. Deſcribitᵉ. n. i cãtibus hoc mõ 11 22 33 Itẽ deſtruitur a ſubſuperquincuptiẽteſextas ꝓportione ſibi oppoſita 9 18 27 qd præſens declarat cõcentus.

CANTVS



TENOR



¶De proportione ſuperquincupartienteſeptimas.

¶Supquincupartiẽteſeptimas ꝓportio fit quũ maior ſequentiũ notulaꝝ nũerus ad minorẽ p̃cedẽtiũ relatus cõtinet eũ ſemel & iſup q̃nq; ſeptias ipſius minoris partes: ut. xii. ad. vii. &. xliiii. ad. xiiii. &. xxxvi. ad. xxi. Hæc ꝓportio duodecim notulas æqfacit ſeptẽ ſibi cõſimilibus: ita ut unaquæq; ipſaꝝ duodecim diminuatᵉ de qnq; duodẽis ptibᵒ ꝓpriæ q̃titatis. Et deſcribitᵉ i cãtibᵒ hoc mõ 12 24 36 Deſtruitur autem a ſubſuperquincupartienteſeptimas ſibi oppoſita 7 14 21 ut hic cõſtat.



¶De proportione ſuperſexcupartienteſeptimas.

¶Superſexcupartienteſeptimas proportio fit quum maior ſequentium notularꝫ numerus ad minorem præcedentium relatus compræhendit eum ſemel.& inſup ſex eius ſeptenas partes: ut.xiii.ad.vii.&.xxvi.ad.xiiii.&.xxxix.ad.xxi. In hac proportione tredecim notulæ æquiualent & commenſurantur ſeptem ſibi conſimilibus: ita ut unaquæq; ipſarū tredecim diminuantur de ſex tertiiſdecimis partibus ſuæ potentiæ & quantitatis. Figuratur in cantibus hoc modo 13 26 39 Atq; deſtruitur a ſubſuperſexcupartienteſeptimas: ut hoc percipitur 7 14 21 concētu.



¶Cæteras quoq; huius ſuperpartientis generis ſubalternas & ſpecialiſſima ſpecies diligentiæ cantorum relinquimus conquirendas.

¶De genere ſubſuperpartienti & eius ſpeciebus. Cap. VIII.

SVbſuppartiēs genus qd tertiū ē minoris iæq̄litatis oppoſitū qdē ſuppartiēti fit quū minor ſequētiū notularꝫ numerus ad maiorē p̄cedentiū relatus comp̄hēdit in eo ſemel & iſup una eius aliquāta pars facta ex pluribus aliquotis & minor ipſæ maiori æqualet in potēria. Sūt. n. huius generis ſpecies ſub alternæ. Subſupbipartiēs: ſubſuptripartiēs. Subſupquatripartiens. Subſupquincupartiens & deinceps. Specialiſſimæ autē eius ſpecies ſunt. Subſuperbipartienſtertias. Subſuperbipartienſquintas. Subſupbipartiens ſeptimas: Idē ſub-

ſuptripartiensq̄rtas. Subſuptripartiens quintas. Subſuptripartiēs ſeptimas. Atq; reliquæ ſecūdū eandē conſiderationē procedunt de quibus ſingillatim ē dicendū.

¶ De proportione ſubſuperbipartiente tertias.

